ponit 2am dicit et e[st] m[ateri]a subiecta in generatione / manet in generato / generatione completa / privatio non / sed corrumpitur / et secundum eundem hoc dicit 2a est secundum rem
et prima secundum vocem

determinatis sic his ex omnibus que fiunt / hoc est acci
pere. Si aliquis intendit sicut dicimus / quoniam oportet aliquid
semper subici quod fit / et hoc / si numero est unum sed
specie non unum est. Specie enim dico et ratione idem / non enim
idem est homini et immusico esse / et hoc quidem permanet
illud vero non permanet / non oppositum quidem permanet
homo enim permanet / musicum autem et immusicum
non permanent / neque ex ambobus compositum ut musicus homo
sed ex alio fieri aliud magis quidem in non permanentibus
ut ex non musico musicum fieri / ex homine autem non

At vero et in permanentibus aliquando
dicitur similiter / ex ere statuam enim dicimus fieri / non es sta
tuam. Hoc tamen ex opposito et non permanenti utrolibet
dicitur / ex hoc hoc / et hoc hoc. Et namque ex immusico
et immusicum fit musicum. Unde et in composito similiter
est / et enim ex immusico homine et immusicus homo dicitur
fieri musicus.

Multipliciter autem cum dicatur fieri et horum quidem non
simpliciter fieri sed hoc aliquid fieri / simpliciter autem fieri substantiarum
solum / secundum quidem alia manifestum quia necesse est subici
aliquid quod fit / et enim quantum et quale et ad alterum
aliquid et ubi fiunt in subiecto aliquo / propter illud quod
solam substantiam de nullo alio dici subiecto / sed alia omnia de substantia.
Quod autem et substantie et quecumque alia simpliciter entia ex
quodam subiecto fiunt consideranti fiet utique manifestum.
Semper enim est aliquid quod subicitur ex quo fit quod
fit ut plante et animalia ex semine. Fiunt autem que
fiunt simpliciter alia quidem transfiguratione ut ex ere sta
tua. Alia vero appositione ut que augmentantur
alia vero abstractione ut ex lapide mercurius

compositione aut ut domus alteratione ut qui co[n]vertitur secundum naturam omnia aut que sic fiunt manifestum est quoniam ex subiectis fiunt

Quare manifestum ex dictis est quod quod fit semper compositum est Et est quidem aliquid quod fit est autem aliquid quod hoc fit et hoc duplex aut enim subiectum aut oppositum dico autem oppositum quidem immusicum subici autem hominem et infiguratum et inordinatum et informatum oppositum es autem et lapidem et aurum subiectum

Manifestum igitur quod siquidem sunt cause et principia eorum que natura sunt ex quibus primis sunt et fiunt non secundum accidens sed unumquodque quod dicitur secundum substantiam quod fiat ex subiecto et forma componitur enim musicus homo ex homine et musico quodammodo resolvens enim rationes in rationes eorum manifestum igitur est quod fiant que fiunt ex his

Est autem subiectum numero quidem unum specie vero duo homo quidem enim et aurum et omnino materia numerabilis hoc enim aliquid magis et non secundum accidens ex ipso fit quod fit privatio autem et contrarietas secundum accidens unum autem species ut ordinatio aut musica aut aliorum quodque sic predicatorum unde est quidem sicut duo dicenda sunt esse principia est autem sicut tria

Et siquidem sicut contraria ut si aliquis dicat musicum et immusicum aut calidum aut frigidum aut

a t cõpositū et incõpositū · q^a^ t dicē p^ri^a · sz ee c̄ria

et incosonans et consonans Est aute sicut non
ab alteutris enī passa pati c̄traria impo^le^ est Sol
uit aut hoc ꝓpter qd aliqd est subiectū · hoc enī nō e
c̄triū / quare neqȝ plura c̄trariorū sunt p^ri^a / q^o^dammo
sz duo ut ē dicē nūo / neqȝ itm̄ penitus duo ꝓpt' id
quod altrm̄ est ee ipis / sz tria · altrm̄ enī est ee homī
et nō musico ee / et infigurato et eri · Quot quidē
igr̄ p^ri^a circa gn̄acōnē phicorū / quō tot sicut dcm̄ est
et manifestū est / qm̄ oꝫ subiici aliquid c̄triis / et c̄tria duo
ee / sz q^o^dammo aliō nō necīm est · sufficiens enī erit
altrm̄ c̄triorū facē absencia et p̄ncia mutacōnem
hic cōcludit q^d^ vno mō ē dicē p^ri^a ee c̄tria ut c̄mando
p^ri^m pacit^9^ t alio nō / ut loquebat^r^ de p^ri^s p se / Abalteutris addit
q^d^ pter c̄tria oꝫ ponē subiectū q^a^ c̄triū nō pati a c̄trio sine subiecto
medio · Quare neqȝ cōcludit q^d^ vno mō nō sūt plura duabȝ t alio sic ea

Subiecta aut nã scibil' est sc̄dm̄ anologiaȝ / sicut n
ad statuã es / aut ad lectulū lignū / aut ad alior
aliquid hn̄cium forma / ma et informe se hȝ
prius q^a^ accipiat formã / sic ipa se ad sbãȝ habȝ
et hoc aliquid et quod est · Quia dcm̄ ē q^d^ duo sūt
p^ri^a p se sz ma et forma
et ma nō pleno cognoscit^r^ de se / id na intellectul' dicit quat^r^
cognoscit^r^ / dans eius duas ꝓprietates / p^ri^ma ē q^d^ ma nō ē scibil'
nisi p compacōȝ ad formaȝ seu aggregatū sicut es ad sta
tuã / vnū quidē

Vnū quidē igr̄ p^ri^m est / nō sic vnū existens / neqȝ
sic vnū sicut hoc aliquid / vnū aut est quod e rō
Amplr̄ aut c̄triū huic p̄uacō est / hoc aut quō
duo / et quō plura dcm̄ est / P^r^mū quidē igr̄ dcm̄
est / q^d^ p^ri^a c̄tria sunt / posteius aut quod nccē est
et aliud quoddā subiici / et ee tria · Ex hiis aut ma
nifestū est / que dr̄a c̄triorū / et quō se hn̄t ad inui
cem p^ri^a / et quid subiectū · vtrū aut sbã mag' spēs
aut subiectū nō dū manifestū est / sz q^d^ p^ri^a tria / t quō t q^s^
modus eorū dcm̄ est · 2^a^ ꝓprietas q^d^ ma ē vnū p^ri^m q^d^
omībȝ tn̄smutacōibȝ subiecta ē · t nō ē
vnū simplr̄ existens in actu ut aliquod c̄tū ex ma t for
Vnū aut q^a^ tetigit ꝓprietates ma^e^ hic redit sup aliquid
p^ri^m p se quod ē forma dicens q^d^ in ētibȝ ipsi p^ri^m p
se aliud a ma sz forma / tū p se oppo^m^ p̄uacō / P^r^mū
quidē · hic epilogat dicta a p^ri^o huius capituli sz dignū
vtrū aut addit q^d^ c̄ms ia dcta sūt orsa de p^ri^s nō dū
tn̄ dimcatū ē vtrū for^a^ sit mag' sbã q^a^ ma

Quot quidē igr̄ et que sūt p^ri^a ex hiis cōsi
derent^r^ · Quod aut singulariter sit solū et antiquor

Est aut qd ꝓuat ... quidē sz c̄tra ... ad alterius sz ... medio

Et hic aliqd a t aut ad aggregatū ex vtroqȝ aut ad formã dimcataȝ

Et quod se hȝ ad ... sit p se que ... ꝓprietates ... formã

Ad quod aut singlar^r^ · i · ꝑficit ... singulariter ...

... defectus ...

[illegible]

Desitis (?) prius hoc dicamus. Quaerentes enim secundum philosophiam primi
veritatem et naturam rerum diverterunt ut in viam quandam aliam
abscedentes ob infirmitatem. Dicunt neque fieri eorum quae
sunt nullum neque corrumpi propter illud quod necessarium est
fieri quod fit aut ex eo quod est aut ex eo quod non est,
ex his autem utrisque impossibile esse. Neque enim quod
est fieri contingit, est enim iam; et ex eo quod non est nihil utique
fieri: subici enim aliquid oportet.

[illegible]

Et sic quae consequentia augmentantes neque esse multa
dicunt sed tantum quod est ipsum. Illi autem talem accipiebant opi-
nionem propter ea quae dicta sunt.

[illegible]

Nos autem dicimus quod ex eo quod est aut
ex eo quod non est aliquid facere aut pati aut ex me-
dico aliquid esse quod uno quidem modo
nihil differt ut medicum aliquid facere aut pati aut
ex medico aliquid esse aut fieri. Quare quoniam hoc du-
pliciter dicitur, manifestum est quod et ex eo quod est et ex eo quod non est a-
liquid facere aut pati.

[illegible]

Aedificat quidem igitur medicus non secundum quod medicus sed secundum quod
aedificator, et albus fit non in quantum medicus sed in quantum
niger. Medicat autem et non medicus fit in quantum est me-
dicus. Cum autem maxime proprie dicimus medicum aliquid
facere aut pati aut fieri ex medico, si secundum quod medi-
cus hoc patiatur aut faciat: manifestum quod ex eo quod non
est aliquid fieri et hoc significat in quantum non est.
Quod illi quidem non discernentes delinquerunt et
propter hanc ignorantiam in tantum ignoraverunt quod nihil
opinati sunt fieri neque esse aliorum sed auferre omnem generationem.

Manifestum quod dicere medicum aliquid facere aut pati aut ex ipso
[illegible]

Nos autem et ipsi dicimus fieri quidem nichil simpliciter ex eo quod non est, sed tamen fieri ex eo quod non est ut secundum accidens. Ex privatione enim quod est per se non ens non inexistente fit, mirabile autem videtur et impossibile sic fieri aliquid ex eo quod non est. Similiter autem nec ex eo quod est neque quod non est fieri nisi secundum accidens; sed et patitur hic per has distinctiones solvit praedictorum quaestiones ...

Sic autem et hoc fieri eodem modo ut si ex animali animal utique fiat, et ex quodam animali quoddam animal, ut si canis ex equo fiat. Fiat quidem enim non utique non solum ex quodam animali, tamen sed et ex animali, sed non inquantum animal; est enim iam hoc. Si autem aliquid debet fieri animal non secundum accidens, non ex animali erit, et si aliquid quod est, non ex eo quod est neque ex eo quod non est. Quod enim ex eo quod non est dictum est nobis quid significet, inquantum non est. Amplius autem et non esse esse aut non esse omne non removemus. Unus quidem hic modus est.

quid quod modo hic est exemplum intendens quod sicut ex non animali simpliciter non fit animal ut ex animali simpliciter sed ex quodam animali et quodam non animali, sic ex non ente per se non fit aliquid nec ex ente per se sed ex eo quod est aliquod ens et aliquod non ens, et ita illud ex quo fit generatio est medium inter simpliciter ens et simpliciter non ens.

Alius autem quoniam contingit eadem dicere secundum potentiam et actum. Hoc autem determinatum est in aliis per certitudinem magis. Quare quod dicimus defectus solvuntur propter quos coacti removent praedictorum quaedam; propter hoc enim in tantum destiterunt priores a via in generatione et corruptione et omnino transmutatione. Haec enim utique visa natura omnem solvit horum ignorantiam.

Soluta dubitatione per distinctionem entis et non entis in per se et per accidens, hic solvit eam per distinctionem in potentia et actu, non tamen plenarie propter sequentia ... sufficienter ... et ente ... hic concludit praedictam opinionem esse solutam per istas distinctiones simul ad hoc respectu praedictam opinionem.

Tangentes quidem igitur et alii quidam sunt ipsam, sed non sufficienter. Primum quidem n-

confitent simpliciter fieri aliquid ex eo quod non est materia
premende recte dicere per ea que videntur ipsis si vere est non una
et ponunt tamen unam esse. Sed hoc dicit plurimum

[illegible]

Nos quidem enim materiam et privationem alterum dicimus, sed horum
hanc quidem non esse secundum accidens materiam, privationem autem per se
non esse. Et hanc quidem propinquam et substantiam aliqualiter materiam, priva-
tionem autem nequaquam

[illegible]

Quod autem quod non est magnum et parvum similiter
simul utrumque aut seorsum utrumque quare penitus
alter modus est hic trinitatis et ille. Usque huc quidem enim
ad hoc pervenerunt quod oportet quandam supponi naturam hac
tamen unam faciunt et enim si aliquis dualitatem facit
dicens magnum et parvum ipsam nihilominus idem facit
alteram enim despexit

[illegible]

Subiecta quidem enim concausa forme est eorum que
fiunt sicut mater altera vero pars contrarietatis multotiens yma-
ginabitur ad maleficium ipsius protendenti mentem

[illegible]

Neque enim penitus esse extra omne existente enim quodam di-
vino et optimo et appetibili aliud quidem contrarium esse
ipsi dicimus

[illegible]

Quibusdam autem accidit contrarium appetere sui ipsius corrup-
tionem. Et neque sui ipsius possibile est appetere speciem quia ipsa
non est indigens neque contrarium corruptiva enim sunt
ad invicem contraria. Sed hic est materia sicut si femina masculum
aliud et turpe bonum non quod per se turpe sed secundum accidens

[illegible]

neque forma secundum se sed secundum accidens ... appetit formam ...

nec forma sm se s; sm accidens ꝑ(ut) ... sicut si ma
appetit formam inquantum formata ē ergo forma ꝑ se appetit formam
aut ergo ꝑ se ipam aut contrarium sed utrumque ē impossibile Non enim appetit
se ipsam ... ut appetit formam contrariam ... appetit suam corrup
tionem quod ē inconveniens relinquitur ergo quod ꝑ materiam privacionem appetit formam
sicut mulier appetit virum et omne turpe bonum ... aut ꝑ se non ē
turpis sed ꝑ naturam privationis

Corrumpit autem et fit est quidem ut sic est aut ut non
sm enim quod ē in quo sm se corrumpitur quod enim
corrumpitur et in hoc ē privacio ingenitum autem sm po
tenciam non perse sed incorruptibile et ingenitam
necesse ē esse ipam si enim fiat subiectum aliquid oportet
primum ex quo fiet hoc autem ē hec natura quare erit antequam fieri
Dico autem materiam primum subiectum unicuique ex quo fit aliquid
cum insit non sm accidens et si corrumpetur in hoc abibit
ultimum quare corrupta erit antequam corrumpatur

ponit 2am racionem ad idem materia neque generatur neque corrumpitur ꝑ se sed ꝑ
accidens ē generabilis et corruptibilis ... corrumpi non convenit paciens
nisi quod aliquid existens in materia ꝑ se generatur et corrumpitur ut ... quia
privacio ꝑ se corrumpitur et forma ꝑ se generatur in materia ... ē privacio
... existens in materia ... ponit maiorem 2o minorem ...
ibi ... 3o probat maiorem ... insit ... materia ꝑ se generaretur
... aliquid subiectum ex quo generaretur et hoc modo erit materia quia materia est
illud ex quo fit omne quod fit et quod ē in eo quod generatur
ꝑ se ... non ... erit ergo materia antequam generetur quod falsum est ...
si materia corrumperetur ꝑ se hec erit ... illud ē corruptum ex
quo fiebat generatum ... corrumpitur antequam corrumpatur quod ē incon
veniens ... principio autem

De principio autem sm speciem utrum unum aut
plura aut quot aut que sunt per certitudinem
prime philosophie opus est determinare ergo in illud tempus
deponatur de phisicis autem et corruptibilibus
speciebus in posterius demonstrantes dicemus
Et quidem ergo sunt principia et que et quot
numero determinentur a nobis sit contentum aut
aliud principium incipientes dicamus

... determinatum est de principio ex quo quod ē unum numero et qualiter
cognoscitur et hoc non determinat de forma propter hoc excusat
se hic ... determinare utrum ... sit unum vel
plura pertinet ad ipsum philosophum ... quod quid epilogat ...
Et sic ē finis primi libri Secundus

Eorum que sunt alia quidem sunt
natura alia vero propter alias causas
natura quidem sunt animalia et partes
ipsorum et plante et simplicia
corpora ut terra et ignis et aer
et aqua hec enim esse et huiusmodi a natura dicimus

naturalia habent in se principium motus preter inducentem
alia plante augmenti et decrementi
terra elementa motus localis
celi et cetera similia motus alterationis
Sunt naturalia ab artificialibus [illegible]

Artificialia non insunt inclinationem sicut convenientibus naturalibus ut lectus secundum quod huiusmodi, sed inquantum sunt terrea vel lignea et non inquantum sunt ab arte, et per accidens

determinato de elementis corporis mobilis ut de materia et forma que ingrediuntur substantiam eius et de privatione que antecedit eius generationem. In hoc 2o determinat ulterius de causis et principiis corporis mobilis precipue de fine et efficiente, et quia principium efficiens de quo hic intendit est natura, ideo hic primo determinat de natura et in 2o tractatu ulterius de causis, ibi determinat autem. Et in prima parte agit de ea diffinitive, 2o divisive, ibi videtur autem. Adhuc primo agit de hoc, primo 2o ponit intentionem, ibi significat autem. Et in prima parte primo venatur diffinitionem differentie, 2o ostendit quid est causa habens naturam et quid est eius secundum naturam, ibi naturam autem habent. Et dat in primo quandam differentiam in naturalia et non naturalia ex membrorum illorum divisionis differentia ad invicem. Naturalia quidem hic certificat de primo membro et patet.

Omnia autem que predicta sunt videntur differentia ad non natura existentia. Eorum quidem natura sunt omnia habentia in seipsis principium motus et status, hec quidem secundum locum, alia vero secundum augmentum et decrementum, que autem secundum alterationem. Lectulus autem et indumentum et si aliquod huiusmodi genus est, secundum quod sortitum est in predicatione unaquaque et inquantum est ab arte, neque unum habet impetum mutationis innatum. Secundum autem quod contingit ipsis lapideis esse aut terreis aut mixtis ex his, habent tantum, tamquam existente natura principio alicui et causa movendi et quiescendi in quo est primum per se et non secundum accidens.

posita divisione et uno membro explanato de quo primo intendit, hic ostendit secundum quem modum differunt ab invicem naturalia a non naturalibus, scilicet eo quod omnia naturalia habent in se principium sui motus et quietis, et hoc aut principium motus localis aut alterationis etc., et ab hoc dicuntur esse naturalia. Non naturalia autem non habent in se huiusmodi principium nisi per accidens, quia per naturam alicuius naturalis existentis in ipsis. Est igitur natura infert diffinitionem nature ex predictis

Dico autem non secundum accidens, quia fiat utique ipsi sibi aliquis causa sanitatis cum sit medicus, sed tamen non secundum quod sanatur medicinam habet, sed accidit eundem medicum esse et sanari; unde et dividitur aliquando ab invicem. Similiter autem et aliorum unumquodque que fiunt; nullum enim ipsorum habet in seipso factionis principium, sed alia quidem in aliis et ab exteriori ut domus et aliorum manu factorum unumquodque, alia autem in seipsis quidem sed non secundum seipsa, quecumque secundum accidens cause fiunt utique ipsis.

Est igitur natura quod dictum est. hic exponit ultimam [illegible] scilicet per se et non secundum accidens, dicens quod apponitur hec particula non secundum accidens quia contingit aliquid esse principium motus sui et quietis quod tamen principium non est natura, quia est principium per accidens, ut si ars medicine sanet id subiectum in quo est, hoc est per accidens, quia omnis ars nata est agere in aliud subiectum ab eo in quo est.

Naturam autem habent quecumque huiusmodi habent principium. Et sunt hec omnia substantia: subiectum enim quoddam, et in subiecto est natura semper. Secundum naturam autem sunt et hec et quecumque his insunt secundum se, ut igni ferri sursum; hoc enim natura quidem non est neque habet naturam, sed a natura et secundum naturam est.

Secundum alterationem. Commentator per alterationem intendit transmutationem in substantia et generationem et corruptionem et alterationem proprie dictam que est in qualitate, et paulo post hoc non principium consistit hic equivoce pro materia et forma, et post non invenitur corpus simplex quod alteratur ex se aut quod generatur ex se sicut invenitur aliud simplex quod transfertur in loco ex se

In quo est primum. Commentator dixit primum et per se quia illud quod est per se est magis vere quam illud quod est primum; omne enim quod est primum est per se et non econverso, ut dicitur in posterioribus

Lectulus autem etc. Scriptum autem et vestis et alia huiusmodi genera secundum quod unumquodque eorum hic non ignitum est ex artificio

Dico autem etc. Commentator [illegible]

Quia ipse non etc. non secundum quod recipit sanitatem habet artem medicandi

Habet in seipso. Commentator artes mechanice et alie artes practice sunt ut agant primo et per se in alia a subiecto in quo sunt

Est igitur natura illud quod dictum est. Commentator ista diffinitio non dicitur nisi equivoce, sed secundum prius et posterius; et paulo post et sciendum quod [illegible] huius libri est natura et principia naturalia [illegible] omnibus rebus naturalibus et post accidentia sunt in subiecto per quod subsistunt, et post substantia et accidentia sunt dicte entia secundum quod eius post materia est substantia in potentia, forma in actu [illegible]

Quecumque secundum accidens etc. et sunt cause quas habent per accidens

dicitur ista: natura [illegible] principii et [illegible] ad motum et quietem ad rei constitutionem [illegible] principium movendi et quiescendi; natura quidem [illegible] et materia que est subiectum et natura que est forma; [illegible] consequitur quia naturalis [illegible] motus localis [illegible] in [illegible] ad [illegible] in ordine ad [illegible]

[illegible]

Quid igitur natura sit dictum est et quid secundum naturam.

Determinato quid est natura hic determinat quid est habens naturam et quod omnia que habent huiusmodi principium in se dicuntur habere naturam et sunt composita ex materia et forma naturali et dicit quod omnia huiusmodi scilicet materia et natura substantia ut materia forma et composita sunt substantie. Secundum autem naturam hic diffinit entis secundum naturam et dicit quod entis secundum naturam est res habens naturam et etiam per se passio habentis naturam. Quid igitur epilogat. Quod autem est natura

Quod autem est natura temptare demonstrare ridiculum est. Manifestum enim est quod huiusmodi rerum sunt multa. Demonstrare autem manifesta per immanifesta non potentis iudicare est propter ipsum et non propter ipsum cognitum.

Hic excludit cuiusdam cavillacionem quod determinatum est quid est natura possit aliquis credere quod determinandum esset an sit natura et dicit quod determinandum non est hoc esse

Quod autem contingat hoc pati non immanifestum est. Sillogizabit enim quis utique cecus natus sit de coloribus. Quare necesse est huiusmodi de nominibus habere rationem, nichil autem intelligere.

Hic addit quod aliqui sunt tales qui volunt ostendere manifestum per se et non distinguunt inter non manifestum per se et non manifestum quorum racio simulis est cecorum a nativitate per quam sillogisant de coloribus qui solum verbis in sua racione quia rem comprehendere non possunt

Videtur autem natura et substantia eorum que natura sunt, quod primum inest unicuique non formatum per se ipsum, ut lecti natura lignum, statue autem es.

Hic agit de natura dividendo intendens quod natura que est materia quedam forma et primo determinat quod materia sit natura et in primo dicit sic esse

Signum autem dicit Antiphon, quoniam si aliquis proiecerit lectum deorsum et accipiat potentiam putrescens ut utique fit germen, non utique fieri lectum sed lignum, tamquam dicat quod secundum accidens existens dispositionem secundum legem et artem, substantiam autem esse illam que permanet hoc patiens continue. Si autem et horum unumquodque ad alterum aliquid idem hoc sustinuit, ut es quidem et aurum ad aquam, ossa autem et ligna ad terram, similiter autem et aliorum quodlibet, illam naturam esse et substantiam ipsorum.

Hic determinat quod materia est natura per duo signa. Primum est per hoc quod ponit Antiphon quod natura et substantia rei in artificialibus dicitur esse illud quod permanet et non illud quod corrumpitur sed materia permanet et forma artificiati non ergo materia in talibus est natura et substantia rei et quod natura permanet ostendit per hoc quod si aliquis proiciat lectum in terram ita quod putrefiat et accipiat virtutem vegetativam naturalem ex eo fit planta unde materia lecti manet et non forma sed lignum se habet ad lectum in artificialibus sicut materia ad materiam in naturalibus

Unde sane hii quidem terram alii vero ignem alii aerem dicunt, quidam autem aquam, quidam vero quedam horum, alii omnia hec naturam esse eorum que sunt. Quod enim aliquis ipsorum acceperit huiusmodi sive unum sive multa, hoc et tanta dicit esse omnem substantiam, alia autem omnia passiones istorum et habitus et dispositiones. Et horum quidlibet

esse perpetuum, non enim esse imitationem ipsius ex seipsis, aut fieri et corrumpi infinities. Uno quidem modo natura sic dicitur prima unicuique subiecta materia habentium in seipsis motus principium et mutationis.

Alio autem modo forma et species que est secundum rationem. Sicut enim ars dicitur quod est secundum artem et artificiosum, sic et natura quod secundum naturam dicitur et quod naturale. Neque enim illud adhuc dicimus secundum artem nichil, si potentia tantum est lectulus, nondum habet speciem lecti, neque esse artem, neque in hiis que natura consistunt. Potentia enim caro aut os neque habet adhuc suam ipsius naturam, priusquam accipiat speciem secundum rationem quam diffinientes dicimus quid est caro aut os, neque natura est. Quare alio modo natura utique erit habentium in seipsis motus principium et forma et species non separabilis ens, sed aut secundum rationem.

Quod autem est ex hiis natura quidem non est, sed a natura, ut homo. Et magis natura hec est quam materia. Unumquodque enim tunc dicitur cum endelechia sit magis quam cum potentia.

Amplius fit ex homine homo, sed non lectulus ex lectulo. Unde dicunt non figuram esse naturam sed lignum, quoniam fiet utique si germinet non lectulus sed lignum. Sicut ergo hec ars et forma natura. Fit enim ex homine homo.

Amplius autem natura dicta sicut generatio via est in naturam.

Non enim quemadmodum medicatio dicitur non in medicinam via sed in sanitatem. Necesse quidem enim est a medicina

no in medicina ee mediatoz No sic aut na se habet

ad naz sz quod nasci a quo in quod venit sm q

nascitur et quod igi innasci no ex quo sz in quod for

itaqz natura est

na i opatione no e via i naz sine no dnoia a tmo in que / sicut ut ars i opatione e via in arte ymo i ad ut medicato in sanitate et no in medicina / dicit q hc e ita / qzuis via arte no sit in arte / ut dnoia a tmo ad quez / sz e ab arte no tn sit se habz na tmo d'ma te z via nature in naz

Sz forma et na dicitur dicitur et

em puaco spes qdamo est

formaz / ut p divisione pmus patcat divisio nature hic intr mlr dete fforma cu dica d'qrio hnte se p modu habitus ut d'albedine et d'qrio hnte se p modu puaconis ut d'nigredine Et dt tcmd. q forte intedit q forma et na dicitur duobus sz d'hitu et puatone existe in pma ma ista cu puaco qdamo no e puaco simpr sz e sicut for matere Si aut est puaco

Si aute est p'uaco et contrariu aliquod cca simplice

gnatonez / aut no est / postea considerand est

q postq e considerand vtru forma que e na dica i simplici gnatone de qrio cui quncta z puaco an d'ipa p'uatone et exponit comd et dicit comd q hc considerand z in libro d'gnatone e cud ut dicit declabitur q puaco que e i pma ma no denudat a pmis qri ys que sut cor quates et q ipa qria sut pma qria om que gnatr et corrupitur Quoniam aut

Quoniam aut determinatu est quot modis na dica

p hoc speculand est quo d'r mathicus a phico

determinata quid sit na et qt dividit hic d'mnat q phici e considcare d'ra vtroqz mo dca et q ad hac d'clarand inte z ut scia dica considcatonis phici z mathici ppt hoc pmo instz d'qne aut na dat dcitz int considcatones ipdrum ducs p q dada z dcd int ipos

Et em plana et firma hnt phica corpora et

longitudines et puncta de qbus intedit mathicus

hic dat duas causas ppt quas d'mnanda z dcia int ipos pma est q corpa nalia hnt supficies soliditates et puncta de quibs nite z phicu considcare / si cuiusq sit considcare spam et accntia et ia cel catz sut sine simlia gpdcatoi ne ce qre

Amp astrologia altera e a phica

aut ps phice Si em phici e quid sit sol aut lua

scie Accntm em que sut per se nullu mgris est

Et alit qm vident qui d'na dicentes et de figura

solis et lune et vtru sperica sit tra et mudus

aut no / de hns quid go negocia et mathicus

dat 2a dcitz et e / q mathicus et astrologus considerat d'figura corpm celestiu / et alns accntibs coru / d'qmbs considerat nalis astrologia aut aut z phica aut dnsmode considerabit sz ymano e ps altera danda z go coz dcia Si em ph quia no e inai tu adeo nale considcare d'accntibs corpm celestiu sicut astrologus io pbat hc dni racione / pma z / phici z considcare de na et sba corpu celestiu et cuiusq e considcare subiectu et accntia ipius go et Et alit 2a raco p testiou aliorz pz

De hns quid go negociat et mathicus sz non

inqntu phici corpis tmiq z vnuquodqz et

Neqȝ mathematicus circa speculatur inquantum talibus existentibus accidit

Unde et abstrahit/ abstracta enim intellectu a motu sunt et nihil differt neqȝ fit mendacium abstrahentium

Latent autem hoc facientes et ydeas dicentes phisica enim abstrahunt cum minus sint abstracta mathematicis

Fiat autem utiqȝ hoc manifestum si aliquis utrorumqȝ temptaverit dicere terminos et ipsorum et accidentium

Impar quidem enim et par et rectum et curvum Adhuc autem et linea figura sine motu erunt caro autem et os et homo non adhuc sed hec sicut nasus simus sed non sicut curvum dicuntur

Demonstrant autem et que magis phisica sunt mathematica ut perspectiva et armonica et astrologia contrario enim quodammodo se habent cum geometria Geometria quidem enim de phisica linea intendit sed non inquantum est phisica perspectiva quidem mathematicam lineam sed non inquantum mathematica sed inquantum phisica

Quoniam autem natura dupliciter dicitur species et materia sicut de simo quid sit intendimus sic considerandum est quare neqȝ sine materia huius neqȝ secundum materiam

Et enim et circa hoc dubitabit aliquis duorum cum due sunt de qua phisica est aut de eo quod

phica e

est ex utrisque Sed si de eo quod quod est utrisque

et ita utraque utrum ergo eiusdem aut alius utriusque cognoscere
hic dat causam quare illud est ondeuth et est quod gt dubitac de
hoc dicit utrum scilicet naturalis consideat materiam tantum aut formam

In antiquos quidem enim aspicienti videbitur utique esse

materiei experta enim parte quadam Empedocles

et democritus speciem et quod quid erat esse tetigerunt
hic dat causam propter quam contingit fit dubitac quia cum omnes fere naturales
antiqui reddentes causas tantum posuerunt materiam esse causam illorum solum
Empe autem et democritus diminute eorum ex parte parte tetigerunt causam
formalem Si autem ars

Si autem ars imitatur naturam eiusdem autem scientie est cognoscere

speciem et materiam usque ad hoc ut medici sanitatem

et coleram et flegma in quibus est sanitas Similiter autem

edificatoris est speciem domus et materiam quoniam lateres et ligna

sunt similiter et aliis et phisice utique erit cognoscere
hic ondit intentum scilicet quod phisici est considerare

utrasque naturas de materia et forma ex rationibus prima est ars
imitatur naturam inquantum potest si ergo eiusdem artis est considerare formam
artificialem et materiam ei conpetentem et propriam similiter erit in natura naturalis ergo non
solum formam sed etiam materiam considerabit

Adhuc quod cuius causa et finis eiusdem et quecumque sunt

propter hoc natura autem finis est et cuius causa sit Quorum

enim continui motus existentis est finis aliquis motus

hoc ultimum est et cuius causa sit
secunda ratio ad idem eiusdem est
considerare finem et ea que
sunt ad finem sed forma est finis nature ergo etc. Quorum enim probat minorem
ut sit omne ultimum motus continui existente in quibus motus continuus
et finem est finis sed forma est huius ultimum ergo etc.

Unde et poeta derisorie apposuit dicere habet finem cuius

quidem causa fuit est vult enim non omne esse ultimum finem

sed optimum
hic removet cavillacionem posset enim dici quod forma
non esset finis in rebus sed id ad quod deveniunt
res deviante materie sicut quando est mors in animalibus hoc removere
paucio quod phicu dicebat sit de

Quoniam autem faciunt artes materiam alie quidem simpliciter alie

vero operosam
tertia racio ad idem quia omnes artes operative sive
efficiant materiam ut edificativa facit lateres sive
non faciat materiam sed preparant viam ad receptionem forme ut se habet ars
navis factiva respectu lignorum non solum considerat formam sed
etiam materiam Cum ergo similiter est in natura et arte non solum considerat naturalis
formam sed etiam materiam

Et utimur tamquam propter nos omnibus que sunt sumus enim

quodammodo et nos finis dupliciter enim est illud cuius causa

sit dictum est autem de hiis in hiis que de philosophia sunt
hic addit quod nos utimur omnibus artificialibus tamquam illis que
sunt propter nos quod nos sumus finis quodammodo dupliciter enim dicitur
finis ut dicit comm sed aut sicut ut forma et finis
materie et id ad quod perveniunt res est finis eius aut sicut dicitur
quod illud cuius causa sit res est finis et sic hoc dicitur quod homo
est finis rerum artificiatarum

Due ergo sunt principates maz et cognoscētes
artes / q̄ utit et factiua q̄ architectonica / vn
et usualis architectonica quodammodo est / differt
aut sm q̄ ē hoc / spei quidē cognoscitiua est
architectonica / alia aut ut factiua mē / gubº
nator em qualis sit spēs aliqua themonis cognoscit
et instituit / alius aut ex quo ligno et quibus erit

In hiis quidē igit̄ que sunt sm arte nos facim̄
maz ppt opus / s in phicis preest
Amp eorū que sunt ad aliquid ma est / in
alia em spē alia ma

Usq3 ad quantū g° phicū oz cognoscē spēz / et quod
quid e aut queadmod mediacū neruū et fabre ere
usq3 / cuius em causa vnumquodq3 / et circa hec que
sunt sepate quidē spēs in ma aut / ho em hoiem
gnat ex ma et sol / quō aut se hz / et qd sepabile
et quid sit phie pime est determinare

Determinat aut hiis / considerandū ē de causis
sit / que et quot nūo sunt / quoniam aut sciendi gra
hoc negociū ē / scire aut nō opinamur vnumquodq3
anteq3 utiq3 accipiamus ppt quod vnumquodq3 / hoc
aut ē accipe pimaz causaz manifestum ē quoniam et nobis

hoc faciendum est et de generatione et corruptione et

de omni physica mutatione quatenus scientes ipsorum principia

reducere in ipsa temptemus quesitorum unumquodque

determinato de materia hic intendit ulterius determinare de causis et primo premittit prohemium in qua determinat de quo intendit gratia cognitionis

id est hac scientia oportet determinare de eis per que est scientie huiusmodi aut

sunt cause Uno quidem modo

Uno quidem modo causa dicitur ex quo fit aliquid

cum insit sicut es statue et argentum fiale et

horum genera hic prosequitur et primo determinat de causis secundum opinionem propriam 2° secundum opinionem aliorum et primum primam partem

in duo capitula primum est de causis per se secundum est de causis per accidens ibi

dicitur autem fortuna et in prima parte primo determinat de causis quo ad certam

earum 2° usque ibi contingit autem determinat causas in se explanando

Alio autem modo species et exemplum hec autem ratio est ipsius

quod aliquid erat esse et huius genera nec eius que

dyapason duo ad unum et omnino numerus et partes que

in diffinitione Amplius unde principium mutationis primum

aut quietis est ut consilians causa et pater filii

et omnino faciens facti et commutans commutati

Eminentiat causam formalem dicens quod alio modo dicitur causa species

sive forma et imago rei et hec causa est ratio eius quod quid erat

esse et hec autem sunt ipsa que est constitutiva speciei aut forma quibus

huiusmodi est forma quibus et dicitur hec causa ratio quia completam ra-

tionem que predicat quod quid erat esse et huiusmodi genera vocat formas

que que ita se habent ad ipsam sicut genus Amplius hic manifestat per exempla

Adhuc autem quemadmodum finis hoc autem est

quod cuius causa ut ambulandi sanitas propter quid

enim ambulat dicimus ut sanetur et dicentes sic opinamur

assignare causam et quecumque ab alio moventur media fiunt finis ut sanitatis maties ut purgatio

aut potiones aut organa omnia enim hec finis

gratia sunt differunt tamen ad invicem quia alia quidem opera

alia vero organa Cause quidem ergo fere tot modis

dicuntur Eminentiat causam finalem dicens quod alio modo dicitur

causa gratia cuius fiunt alia et ultima que tamen sunt

inter genera primum et ultimum finem et cadunt in hoc genere cause differunt

autem ad invicem ista media quia quedam sunt operationes ut am-

bulationes quedam organa sive instrumenta Recolligit cause

recapitulat

Contingit multipliciter dictis causis et multas eiusdem

causas esse non secundum accidens ut statue statuifica et

es non secundum alterum aliquod sed secundum quod est statua sed

non eodem modo sed hoc quidem ut materia illud autem sicut

unde motus Sunt autem quedam ad invicem cause ut

laborare causa boni habitus et hoc laborandi sed non eodem modo

sed hoc quidem sicut finis id autem sicut principium motus

determinato de causis absolute hic determinat de eis comparando et primo tangit plures causas esse ... causatum dicens quod eiusdem possunt esse plures cause ... sunt sibi invicem ... ut patet

Amplius autem eadem contrariorum est; quod enim presens causa huius

est, hanc et absentem causam aliquando contrarii, ut absen-

tia gubernatoris navis submersionis, cuius erat

presentia causa salutis.

Omnes autem nunc dicte cause in quattuor cadunt modos

manifestissimos; elementa enim sillabarum et ma-

teria vasorum et ignis et huiusmodi corporum et partes totius

et suppositiones conclusionis sicut ex quo causa sunt.

Horum autem hec quidem sunt sicut subiectum ut partes,

alia autem sunt sicut quod quid erat esse, et totum et com-

positio et species. Semen autem et medicus et consilians

et omnino faciens omnes sunt unde principium mutationis aut sta-

tus aut motus.

hic determinat sufficientiam causarum reducendo omnes causas ad quattuor ... [illegible]

Alie autem sicut finis et bonum aliorum; quod enim cuius

causa, potissimum est et finis aliorum vult esse.

Differat autem nichil eandem dicere bonum vel videri bonum.

Cause quidem igitur hee et tot sunt specie.

... [illegible]

Modi autem causarum numero quidem sunt multi, ca-

pitales autem et hii minores.

hic determinat de modis sive ... causarum ... [illegible]

Dicuntur autem esse multipliciter et earundem similium speciem aliam

prius et posterius alia ut sanitatis medicus et artifex

et diapason duplum et numerus et semper continentia ad

unumquodque compentes cause cuiusdam speciei ad invicem dicantur quedam cause sunt prius quedam sunt posterius ut inmediat per extra ut ... communior causa dicitur prior et sensibilior posterior ut in causis efficientibus sanitatis artifex est prior et medicus posterior et in causa formali duple proportionis numerus est prior prior et ... ad unum posterior

Amplius sicut accidens et horum genera sicut sta

tue aliter policletus et aliter statuam faciens quoniam accidit

statuam facienti policletum esse et continentes accidens

ut si homo causa sit statue aut omnino animal Sunt autem

accidentium alie aliis longius et propius ut si albus et musi

cus causa dicatur statue quibus cause comparantur ad invicem scilicet quod quedam cause sunt per se quedam per accidens ut faciens statuam est causa per se statue causa autem per accidens est nomen ipsius facientis ut policletus et omnia alia contingentia ipsum ut hic ab Sunt autem accidentium incidens ... dicit quod quedam cause per accidens sunt remotiores quedam propinquiores

Preter omnes autem et proprie dictas et secundum accidens alie quidem

sicut potentes dicuntur alie vero sicut operantes ut edi

ficandi domum edificator aut edificans edificator

Similiter autem dicitur et in quibus cause sunt hiis

que dicta sunt ut huius statue aut statue aut omnino

ymaginis et eris huius aut eris aut omnino materiei

ut in accidentibus similiter est secundum potentiam et actum quedam sunt quedam ... et duobus adiunctis dicendo ut ... similiter autem hic autem dat ... complexionis ... in causatis

Amplius autem complexe et iste et ille dicitur ut

non policletus neque statuam faciens sed policletus sta

tuam faciens Sed tamen omnes hee sunt multitudine quidem

sex dicte autem dupliciter aut enim sicut singulare aut sicut

genus aut sicut accidens aut sicut genus accidentis aut

sicut complexe hee aut sicut simpliciter dicte omnes enim

actu operantes aut secundum potentiam sunt hic determinat duos modos residuos secundum quod quedam cause sunt secundum complexionem quedam secundum simplicitatem ut policletus est causa simplex statue et similiter faciens statuam policletus vero faciens statuam est causa complexa ex causa per se et per accidens Sed tamen omnes hee dantur complexionibus secundum modos hic educit duos in sex scilicet multitudo per actum et potentiam sex modos residuos differunt autem Et

dicunt autem in tantum quod operantes quidem et singula

res simul sunt et non sunt et quorum sunt cause

sicut hic medicans cum hoc qui fit sanus et hic edifi

cator cum hoc edificato Que autem sunt secundum potentiam

non semper corrumpuntur enim non simul domus et edificator

causa actus et potentia sunt quedam omnibus aliis modis ... hic assignat differentiam inter causam in potentia et causam in actu et ...

20

Oportet autem semper causam uniuscuiusque summam querere sicut et in aliis, ut homo edificat quoniam edificator est, edificator autem secundum edificativam; hec autem prima causa est, et sic in omnibus. Amplius autem alie quidem genera sunt generum, alie autem singulares singularium, ut statue statua quidem faciens, hic autem hic, et potentes et quod potentiam operantes aut ad operata. Quot quidem igitur cause et quomodo cause sint nobis determinatum sit sufficienter.

h' d'terminat tres proprietates causarum sive modorum predictorum, prima est quod querere in omni genere cause causam ultimam que licet sit ultima in generando est tamen principalis et immediata in essendo. Amplius autem alie: quod causatorum quedam sunt cause quedam et causatorum singularium sunt cause singulares. Et prima. 3a proprietas, et est quod cause secundum habitum sunt effectuum secundum habitum, secundum actum sunt effectus secundum actum

Dicitur autem et fortuna et casus causarum, et multa et esse et fieri propter fortunam et propter casum. Quomodo igitur in hiis causis est fortuna et casus, et utrum sit idem fortuna et casus aut altera, et omnino quid sit fortuna et casus considerandum est.

Postquam philosophus determinavit de causis per se secundum suas essentias et eciam de modis causarum, hic determinat de causis per accidens scilicet de casu et fortuna. Et primo ponit prohemium in quo dat intencionem; 2o prosequitur ibi Quidam enim; et adhuc primo dat intencionem dicens quod casus et fortuna collocantur in numero causarum et multa videntur fieri a casu et fortuna, et per hoc patet de quo est intencio, quia de hiis duobus; et subiungit 3a de tractanda de istis scilicet in quo genere cause collocantur, et quid sunt, et an sint utrumque

Quidam enim et si sint an non dubitant. Nichil enim fieri a fortuna dicunt, sed omnium esse aliquam causam determinatam, quecumque nos dicimus a casu fieri aut fortuna, ut venienti a fortuna in forum et reperienti quem volebat, quem non existimabat, causa est velle venientem emere. Similiter autem et in aliis que a fortuna dicuntur semper est aliquid accipere causam, sed non fortunam.

Hic dat causam intenti et est quod philosophi diversificati sunt circa hec et dat opiniones philosophorum diversas; et primo ponit opinionem ponentium casum et fortunam omnino non esse, et huius opinionis dat duas rationes. Prima est: nichil quod fit a casu vel a fortuna habet determinatam veritatem; sed omnia que nos dicimus fieri a casu vel fortuna habent causam determinatam; ergo nullum eorum fit a casu et a fortuna, et ita casus et fortuna non sunt, ut veniendi hic probat minorem per exemplum secundum eos

Etenim si aliquid erat fortuna, inconveniens utique videbitur sicut et vere est, et dubitabit utique aliquis propter quid nunquam antiquorum sapientum causas de generatione et corruptione dicens de fortuna nichil determinavit, sed sicut visum est, nichil opinabantur neque illi esse a fortuna.

2a ratio ad idem est: si casus et fortuna essent aliquid a fortuna tunc essent determinata a philosophis; ergo quia nullus philosophus loquens de generacione et corrupcione fecit mencionem de illis, videtur quod non sunt

Hec autem singulares causa et cetera dicit propter consuetudinem se ad opinionem Platonis ... quod ydea sunt causa ...

Sed mirabile hoc videbitur sicut vere est multa enim

sunt et fiunt a fortuna et a casu que non ignoran

tes quoniam est inferre unumquodque in aliquam causam eorum

que fiunt sicut antiqua ratio dixit destruens fortunam

et casum tamen homines alia quidem dicunt esse homines a for

tuna alia vero a fortuna. hic intendit ... rationibus et po

nit intendens quod multa sunt a casu et a fortuna quorum unum

quodque reducitur ad aliquam causam determinatam quod tamen ista causa non est

per se que attribuitur fortune, ideo dicimus quod sunt a casu et ita inten

dit quod maior predictarum rationum sunt falsa

Unde et quoniam erat ipsis faciendum memoria aut vetere

illorum aliqui opinabantur esse fortunam aut amicitiam

aut litem aut aut ignem aut intellectum aut aliquid ta

lium hujusmodi quod est sive putaverunt esse sive putantes relinquit

hic videtur contra rationem intendens quod antiqui aliqui determinaverunt de

casu debuerunt tamen ideo ex hoc non potest inferri quod non essent casus

et fortuna. Determinaverunt enim omnes sive putaverunt causam et fortunam esse

sive non tamen de ipsis non sunt locuti

Et hac aliqui utentes sicut empedocles non semper aere

congregari superius dicit sed ut contingit dicit enim in

mundi generatione quod sicut contingit sic evenit tunc multis

aut et aliter et partes animalium a fortuna aut fieri plurimas

hic addit quod quidam antiquorum sicut empedocles utebantur casu et for

tuna sed non putaverunt casum et fortunam esse aliquam causam dixit

enim aere fieri naturaliter sursum ... quod in hoc tempore vel in motu ferebatur

sursum hoc dixit esse a casu. Sic posuit litem et amicitiam esse causam

congregationis et segregationis ... quod in aliquo tempore ut in

generatione mundi vel in alio fiunt hoc hic est a casu sicut a casu

est quod aliquis ... cadat ... ponit ... dicentes

ponentes ... pluribus ... a casu et fortuna

Sunt autem quidam qui celi hujus et mundanorum omnium

causam esse causam a casu enim fieri volutationem

et motum distinctione et statuentem in hunc ordinem

hic ponentium casum et fortunam esse et duas dat plura

omnes est quod quidam posuerunt casum esse causam celi et mundanorum

et motum celestium esse a casu et illum motum posuerunt esse ordina

tionem omnium motuum inferiorum

Et multum hoc admiratione dignum est dicentes ania

lia quidem et plantas a fortuna nec esse nec fieri sed

aut naturam aut mentem causam esse aut hujusmodi alteram causam

non enim quoniam evenit ex semine unoquoque fit sed ex hoc

quidem oliva ex tali quidem homo celum aut et divinora

manifestorum a casu fieri hujus autem causam nullam talem

animalium et plantarum hic destruit opinionem per duas

rationes prima est in generatione ponere

animalia et plantas et hujusmodi que sunt vilioris corporis celestibus

habere causam determinatam ut naturam vel mentem vel aliquid hujusmodi

et esse a casu hujusmodi non enim sunt animalia aut plante casu

ex semine unde planta aut oliva fit ex hoc semine sibi conveniente

et hoc dicit ... dicit celum et alia divinora non esse causam ...

ordinata

Ergo si sic se habet hoc ipsum dignum est insistere et bene habet aliquid dicere de hoc ipso quod enim celi alteri mirabilius est quod dicitur adhuc mirabilius dicere hoc videntes quidem in celo nichil casu fieri in hiis autem que non sunt a fortuna multa contingere a fortuna et etiam merito contrario fieri

Hic destruit dictam opinionem aliquo modo et primo dicit quod dignum est inquirere utrum sit sicut voluit prima opinio dicta vel non et tangit inconveniens quod sequitur ex illa, scilicet Adhuc autem dicens quod mirabilius est dicere corpora celestia esse quod nichil apparet esse a casu sed sicut uniformiter sunt esse a casu et dicere hec inferiora non esse a casu tamen contrarium videtur.

Sunt autem quidam quibus videtur esse quidem causa fortuna inmanifesta autem humano intellectui tamquam divinum quoddam ens et felicius quare considerandum est quid sit utrumque et si idem aut alterum sit et casus et fortuna et quomodo in determinatas causas incidunt

Hic ponit aliam opinionem et est quod quedam sunt a fortuna sed ipsi dixerunt fortunam esse subtilius quam possit comprehendi humano intellectu. Cum autem considerandum addit quod hic considerandum est de casu et fortuna et hic continuatur ad tertiam principalem.

Primum quidem igitur quoniam videmus alia quidem semper similiter fieri alia autem sicut frequenter manifestum est quoniam neutrius horum causa fortuna dicitur neque quidem est ex necessitate et semper neque eius quod est sicut frequenter sed quoniam quedam fiunt et extra hec et omnes dicunt hec esse a fortuna manifestum quod fortuna aliquid sit et casus huiusmodi enim a fortuna et que a fortuna huiusmodi esse scimus

Hic aggreditur partem executivam in qua primo determinat quod casus est et fortuna; secundo ostendit quomodo differunt ibi Dicuntur autem vel ibi quomodo autem; tertio ostendit quomodo collocantur in numero causarum ibi Ergo in ordine. Et in prima parte usque Dicuntur autem ubi dat propriam diffinitionem fortune investigat quandam diffinitionem fortune et casus que est quod fortuna est causa per accidens in hiis que sunt in minori parte et hic ab agente propter aliquid et primo declarat que sunt cause in hiis que sunt in minori parte sunt eorum que sunt quedam sunt semper quedam raro sed fortuna est eorum que sunt semper et frequenter ergo erit causa eorum que sunt raro et in minori parte

Eorum autem que fiunt alia quidem propter hoc fiunt alia vero non horum autem alia quidem secundum propositum alia vero non secundum propositum ambo autem sunt in hiis que sunt propter hoc manifestum quoniam in hiis que sunt preter necessarium et quod sicut frequenter sunt quedam circa que contingit quod est propter hoc

Hic inquirit hanc particulam quod casus et fortuna sunt in hiis que sunt ab agente propter aliquid, scilicet eorum que fiunt que propter aliquid fiunt et quedam non; eorum que fiunt propter aliquid quedam fiunt a proposito quedam a natura et inter ea que fiunt a talibus agentibus fiunt casualia et fortuita quando scilicet aliud accidit quam intendebatur ab agente simpliciter. Ergo quod casus et fortuna sunt in illis que fiunt ab agente in actionibus que fiunt secundum naturam et proposito accidit quandoque aliquid aliud quam intentum

Producitur per corpora inferiora sicut et plantas licet non determinatas et non celum

Et que a fortuna, scilicet semper cum quod quicquid est tale sit a casu et quicquid sit a casu est tale

Sunt quedam ut casualia et fortuita que neque semper fiunt neque frequenter

Insistere et bene, scilicet et cum est loqui de illo aliquo tamen iste cum sunt ... sit ... inquirere in opinione videre quomodo ei ex hoc loco

scilicet tamen est subtilior quam comprehendatur a mente hominis quamvis sit res divina nobilis

Consequenter: sunt hiis que fiunt frequenter

Et que ... fiunt semper et frequenter et huiusmodi fiunt raro et in minori parte

Casualia et fortuita ... in hiis que fiunt raro

Cum autem sunt propter ... sunt a proposito et a natura sunt casualia et fortuita ... aliud accidit quam intendebat agens

Circa hec: cum quedam fiunt semper et quedam ... raro et ... frequenter ... minori parte

Sunt autem propter hoc quecumque ab intellectu utique agi[tur]

et quecumque a natura. hic addit que sunt que sunt propter aliquid aliter tamen esset formanda causa secundum commentatorem supplet enim commentator ad dictum eorum que sunt secundum huiusmodi partem / et est causa tamen secundum commentatorem ea ex quibus sunt res huiusmodi partem / quecumque sunt propter ea que sunt a cognitione et voluntate / et quecumque non sunt propter aliquid / ut accidentes operationes / casus capillorum / ex constitutione barbe / sed hec duo casus et fortuna sunt ex rebus que non sunt propter aliquid / ex quibus invenitur aliquid in huiusmodi parte / quod secundum aliquid accidit / quod non intenditur / vera sunt quod causa sed quod non sunt secundum intentionem

Huiusmodi ergo cum secundum accidens fiant a fortuna dicimus esse

hic inquirit hanc particulam dicte diffinitionis scilicet quod casus et fortuna sunt cause per accidens / quecumque sunt ab agentibus propter aliquid et hoc sive a natura sive a proposito cum non sunt ea que sunt per se intenta ab agentibus sed per accidens / sunt a casu et fortuna et ita casus et fortuna sunt cause eorum que sunt per accidens quare sunt et cause etc.

Sicut enim et quod est ad quid per se ipsum est / ad

aut secundum accidens / sic et causam contingit / ut domus quidem

per se ipsam causa est edificativa secundum accidens aut album

hic ondit quod causa potest dici per se et per accidens ut musicum et per simile in causatis quod causatum invenitur

per se quidem ergo causa finita est / secundum accidens

aut infinita / infinita enim unicuique accidunt

dat differentiam inter causam per se et per accidens et dicit / per se sunt finite per accidens infinite etc. cum res habent infinitas causas per accidens

Sicut ergo dictum est cum in hiis que propter hoc sunt hoc fiat

tunc dicitur a casu et a fortuna. hic concludit diffinitionem ita investigatam dicens quod casus et fortuna sunt in hiis que propter aliud sunt sicut dictum est et per hoc quod dicit sicut dictum est / innuit duas particulas prius investigatas scilicet per accidens et in huiusmodi parte et sic est diffinitio integra

Differentia autem differentia horum ad invicem posterius determinanda

Nunc autem hoc sit manifestum quod utraque sunt in hiis que

sunt propter hoc / ut causa accipiendi argentum venit utique

si delaturum pecuniam si sciuit. venit autem non huius gratia

causa sed accidit venire et facere hoc reportandi gratia

hoc autem neque sicut frequenter veniens ad villam neque

ex necessitate. hic quod dicta differentia est huius fortune et casus addit quod postea est danda eorum differentia. Nunc autem hic repetendo quod prius dixit / addit quoddam exemplum / ut magis sit manifestum quod declaratum est / et innuit in exemplo / 3 particulas dicte diffinitionis / scilicet quod sunt inter ea que propter aliquid et per accidens et in huiusmodi parte

Dum autem finis reportatio non insit ipsa causarum

sed propositorum et ab intellectu et dicitur a fortuna venire. Si

autem propositus et huiusmodi causa aut semper veniens

aut sicut frequenter reportatur non a fortuna

hic investigat ipsam diffinitionem fortune et primo dat ipsam diffinitionem / 2o dat duas proprietates fortune in infinitatis. diffinitio vero est hec / quod fortuna est causa per accidens in hiis que sunt in huiusmodi parte / ab agente propter aliud / et secundum propositum / et supponit 3 particulas primas / et inquirit hanc particulam tertiam / scilicet secundum propositum / sicut in exemplo / propositio / ad reportationem pecunie non sit a causa per se sed per accidens / alia tamen quod fit ab agente secundum propositum tunc dicitur illa reportatio esse a fortuna. Si autem agens intendit sic ut iret ad forum ut tunc reportaret pecuniam non est a fortuna ex quo intendit quod fortuna solum est in illis que sunt ab agente secundum propositum communiter tamen non sic exponit alii atque in questionibus et cetera.

Hoc dicit quod a casu et fortuna accidens [illegible]

Si sciuit se invenire debitorem sed tunc non esset delatio pecunie a casu et fortuna

fortuna est causa per accidens [illegible]

Commentator dicit in aliquo in agente et secundum accidens

Sunt in hiis a sunt causa in causis agentibus que sunt propter aliquid hic causa ita per [illegible]

Manifestum itaque quod fortuna causa sit secundum accidens in hiis que secundum propositum eorum que propter hoc sunt. Unde circa idem et intellectus et fortuna est; propositum enim non sine intellectu est.

[illegible]

Infinitas quidem igitur causas necesse esse, a quibus utique fiat quod est a fortuna. Unde videtur fortuna infinita esse et immanifesta homini. Et est ut nichil a fortuna videbitur utique fieri omnia. Quidem hec recte dicuntur quidem enim ut sit fortuna secundum accidens enim fit, et est causa ut accidens fortuna, ut autem simpliciter nullius; ut domus edificator quidem causa est secundum accidens autem tibicen.

Hic dat duas [illegible] fortune, prima est quod fortuna est infinita et videtur immanifesta, quod ostendit sic: infinite sunt cause eorum que sunt a fortuna, ergo fortuna est infinita; et ex hoc videtur fortuna esse homini immanifestam. Adducit ... quod nichil fiat a fortuna et hec [illegible] ... [illegible]

Et venientem accipere argentum non huiusmodi causa venientem infinite aut multitudine; et enim videre aliquem volens et persequens et fugiens et [illegible]

Hic dicit [illegible] ... quod res fortuite [illegible] ... si aliquis veniens [illegible] argentum non aut huius causa veniens ... ad visitandum amicum aut ut persequatur aliquem aut ut fugiat aut ut videat spectaculum aut [illegible] aliquas alias causas infinitas. Et dicere aliquid

Et dicere aliquid extra rationem fortunam recte est. Ratio enim est aut eorum que semper sunt, aut eorum que sicut frequenter; fortuna autem in hiis que fiunt preter hec. Quare quoniam infinite que sic sunt, et fortuna infinita est. Tamen in quibusdam deficiet utique aliquis, utrum quecumque contingencia causa utique fiant fortune, ut sanitatis aut spiritus aut estus, sed non depilacionis, aut alie aliis priores que sunt secundum accidens causarum.

Hic addit quod ... dicere fortunam esse aliquid extra rationem ... [illegible]

Fortuna autem bona quidem cum bonum aliquid evenerit, prava autem cum pravum aliquid; Eufortunium autem et infortunium est cum magnitudinem habencia sunt hec.

Un et fecius p(ro)p(ter) paruu(m) malu(m) aut bonu(m) accipe(re) mag(num) aut distotingere aut eutotingere e(st) q(uonia)m sicut est dic intellectus/ quod em ad p(ar)uu(m) tanq(uam) nichil de hic videtur

Et iam per paruum fortunium mala, cui fortunia...

Amp(lius) merito eufortunium rationale e(st) fortuna em(im) incerta est/ neq(ue) em(im) ut semp(er)/ neq(ue) sicut frequent(er) p(ossi)ble e(st) que sit a fortuna/ nichil/ sut quod(em) g(e)o ambe cause q(ua)d mod(o) d(ictu)m est/ s(ed) accidens et fortuna et casus in hon fientibus fieri neq(ue) simpl(ici)ter neq(ue) sicut frequent(er) et contra queuuq(ue) utiq(ue) fient, p(ro)pt(er) aliquid

Quia aut(em) q(uonia)m casus e(st) amp(lius) e(st), quod n(on) est a fortuna/ e(st) et a casu h(ic) aut(em) no(n) om(n)is a fortuna e(st) fortuna quod(em) (e)t et quod a fortuna e(st) quibuscu(m)q(ue) et eutotinge(re) utiq(ue) r(e)it/ et omo actus e(st) ubi nec(esse) e(st) circa p(ro)actua

Signu(m) aute(m) est quod vide(tur) i(d) ee felicitati aut p(ro)pe/ felicitas em(im) praxis quod(em) e(st) eupraxia em(im) est eruae quibuscu(m)q(ue) no(n) cotingit age(re)/ neq(ue) a fortuna aliquid fac(er)e/ et p(ro)pt(er) hoc neq(ue) i(n)a(n)i(m)atu(m) nichil/ neq(ue) infans/ neq(ue) bestia facit a fortuna/ q(uonia)m no(n) h(abe)nt p(ro)electi(onem) / neq(ue) eufortuniu(m) neq(ue) infortuniu(m) in e(st) h(abe)ns nisi s(ecundu)m similitudine(m) Sicut dixit p(ro)tharchos eufortunatos ee lapides/ ex quib(us) sut ac tu honore(m) populi aut h(abe)ns g(ra)tu(m) p(er)pati aut a fortuna in e(st) q(ua)mo et h(abe)ns tu(m) agens aliquid circa h(abe)t agat a fortuna alit aut(em) no(n)

Sed casus est in aliis animalibus et in inanimatis ut equus casu inquiunt venit quoniam salvatus est quidem veniens non salutis autem causa venit et tripoda cadit stat quidem enim causa sedendi sed non causa sedendi cecidit

[illegible commentary]

Quare manifestum est quod in hiis que simpliciter propter aliquid fiunt cum non accidit causa fiunt quorum extra est causa tunc a casu dicimus a fortuna autem eorum quecumque a casu fiunt proelectorum in habentibus proelectionem Signum autem est quod vanum est quoniam dicitur cum non fiat quod propter aliud illius causa ut ambulare depositionis causa est Si vero non fiat ambulanti frustra dicimus ambulasse et ambulationem vanam tamquam hoc sit frustra quod aptum natum est alterius causa cum non includit illud cuius causa erat aptum natum quoniam si aliquis se balneatum dicat frustra quia non defecit sol derisio utique erit non enim erat hoc propter illud Sic igitur automaton quod per se est frustra secundum nomen est cum ipsum frustra fiat Cadit enim non percutiendi causa lapis ab eo igitur quod automatum cecidit lapis quia cadit utique a quo percutiendi causa

[illegible commentary]

Maxime autem separatum est a fortuna in hiis que a natura fiunt cum enim fiat aliquid extra naturam tunc non a fortuna sed magis ab eo quod per se frustra factum esse dicimus

[illegible commentary] ... non a fortuna

Est aut et hoc altum / huius quidem enim extra est causa illius vero interius. Quod quidem sit per se frustra quid fortuna dictum est et quo ad invicem differunt.

hic dat differentiam aliam in speciali inter casum et fortunam et est quod ea que sunt a fortuna sunt omnino a causa extrinseca ea que sunt a casu in naturalibus aliquo modo sunt a causa intrinseca hominis cum quatuor tamen sex digitus est extra ipsa nisi tamen ipsa sunt obediens. Quod quidem recapitulat

Eorum modorum causarum in quibus est unum principium motus utrique ipsorum est; aut enim eorum que sunt natura aliqua causa est aut eorum que sunt ab intellectu causa semper est, sed eorum multitudo indeterminata.

hic intendit reducere casum et fortunam ad causas predeterminatas et intendit quod reducuntur ad causam efficientem quod dicit sicut casus et fortuna reducuntur ad naturam et ad propositum ut patet ex philosopho sed natura et propositum sunt cause agentes igitur etc.

Cum autem sunt casus et fortuna cause quorum utique aut intellectus fiat causa aut natura, cum secundum accidens causa aliqua fiat horum ipsorum, nichil autem secundum accidens prius est his que sunt per se, manifestum est quod neque per accidens causa prius est ea que est per se. Posterius itaque est casus et fortuna et intellectu et natura.

hic concludit duo corrollaria sequentia ex dictis. Secundum primum cum intellectus et natura sunt cause per se et casus et fortuna sunt cause per accidens posteriores natura et intellectu.

Quare si aliquid maxime celi causa est casus, necesse prius causam intellectum et naturam esse et aliorum multorum et huius omnis.

Que autem sunt cause et quod tot sunt numero quot dicimus manifestum est; tot enim secundum numerum propter quid comprehendit. Aut enim in quid est reducitur propter quid ultimum in immobilibus aut in mathematicis in diffinicionem recti aut commensurati aut alius cuiusdam reducitur ultimum, aut movente primum, aut propter quid certavit quoniam furati sunt, aut alicuius gratia ut dominentur, aut in his que fiunt materia. Eorum quidem igitur cause hee et tot sunt manifestum.

Secundum commentatorem et quia casus et fortuna sunt cause celi et universi sicut ponunt quidam, propter hoc necesse est naturam et intellectum esse causas eorum priores. Que autem sunt etc. causam in parte precedenti supposuit quod tot sunt genera causarum hic intendit hoc ostendere, quod sunt propter quid, tot sunt cause, sed propter quid sunt genera causarum igitur tot genera sunt cause. Et tunc dicit Aut enim verificat medium sicut propter quid aut reducitur ad quod quid est forma que est ultimum in immobilibus ad quam cessat questio et ensio et verificatur de hoc in mathematicis, propter quid enim in ipsis reducitur ad ultimum, scilicet ad diffinicionem aliquam, sicut ad diffinicionem quesitam et que diffiniciones sunt forme, aut reducitur propter quid ad causam efficientem, aut ad causam finalem, et de utraque verificatur, aut reducitur propter quid ad causam efficientem, aut ad causam finalem, et de utraque verificatur, aut reducitur propter quid ad causam materialem, de quo non verificatur, sed est exemplum secundum commentatorem, sicut si queritur quare corrumpitur aliquid est dicere quod componitur ex contrariis. Quod quidem recapitulat. Quoniam autem cause eorum

Cum aut[em] cause quatuor sunt de omnibus est phisici cognoscere et in omnes reducens ip[su]m p[ro]p[ter] quid demonstrabit phisice mat[er]iam formam sp[eci]em moventem et q[uo]d e[st] cuius gr[ati]a. Veniunt aut[em] tres in una[m] multotiens. Quid quid enim quid e[st] et cuius causa una est, quo vero unde motus primum in sp[eci]e eade[m] est hiis, homo n[am]q[ue] ho[min]em generat.

[illegible]

Et tenentur phisici considerare omnia quecumque mota movent; quecumque aut[em] non, non amplius phisice sunt. Non enim in seipsis habentia motum neque principium motus movent, sed immobilia sunt. Unde tria negotia sunt: hoc quidem circa immobile, aliud vero circa mobile quidem incorruptibile, aliud quidem circa corruptibilia.

Hic addit circa que ... [illegible]

Quare propter quid in materiam reducenti redditur, et in eo quod quid est, et in primum movens. Generationum enim maxime hoc modo causas considerat, quid post quid fiat, et quid primum fecit aut quid passum est, et sic semper consequenter. Duplicia aut[em] sunt principia moventia phisica, quorum alterum non phisicum est; non enim habet motus principium in seipso. Huiusmodi aut[em] est si aliquid movet quod non movetur, sicut et quod penitus immobile est, et omnium primum, et quod quid est et forma.

[illegible]

Et finis enim et cuius causa, quare quoniam natura propter aliquid est, et hanc cognoscere oportet, et penitus

reddere, propter quid, ut quia ex hoc fit hoc esse hoc
aut ex hoc aut simpliciter est aut sicut frequenter
et hoc si debet fieri sicut ex propositionibus conclusio et quoniam
hoc erat quod quid erat esse et quia dignius est

[illegible]

Dicendum quidem igitur primum quoniam natura earum
que sunt propter hoc causarum est. Postea de
necessario quomodo se habeat in physicis. In hac
enim reducunt omnes quoniam calidum huiusmodi aptum natum
est et frigidum huiusmodi quodque igitur talium ex necessitate sunt
et fiunt et nata sunt. Et namque si aliam causam
dicant quamcumque tangentes gaudent simul hic quidem concordiam

[illegible]

Habet autem oppositum et dubitationem quid prohibeat naturam
non propter hoc facere neque quia melius sed sicut quia
pluit Iupiter non ut frumentum augmentet sed ex
necessitate. Sursum enim ductam aquam congelari oportet et congelatam
deorsum venire. Augeri autem cum hoc fiat accidit frumentum.
Similiter si hoc perditur frumentum in area non huius causa
pluit ut perdatur sed hoc accidit. Quare quid prohibet
sic et partes se habere in natura ut dentes ex necessitate oriri
anteriores quidem acutos aptos ad dividendum maxil-
lares autem latos et utiles ad contundendum cibum quoniam non
propter hoc fieri sed simul evenire. Similiter autem et de aliis par-
tibus in quibus videtur esse quod propter aliquid. Ubicumque enim omnia

accidit sicut si propter hoc fiant, quecumque salvata sunt ab eo quod propter se vanum constituta apte; quecumque vero non sic, perdita sunt et perduntur, quemadmodum Empedocles dixit bovigenas et viriproras. Ratio quidem igitur qua utique deficiet aliquis hec est, et si alia huiusmodi est.

Hic philosophus recitat [illegible] quod duo sunt [illegible] primo dubitat primo, scilicet an natura agat propter aliquid sive propter finem. Secundo scilicet de natura, cui antiqui attribuebant causam necessitate materie. Circa autem primum, primo ponit rationem opinionis predicte, sic arguitur. Primo per duo exempla dicentes quod pluvie descendunt de necessitate materie, et quod segetes nascuntur hoc est a casu, sicut si pluvia descendens corrumpit triticum in horreo, hoc est a casu, quia non propter hoc descendit. Secundo dicens quod dentes acuti ex necessitate materie, ut dentes anteriores sunt acuti propter naturam materie, scilicet propter eius subtilitatem, quod autem sunt apti ad incidendum cibum hoc est a casu. Sic dentes interiores latitudinem maxillares ex necessitate materie, scilicet propter grossitiem, et quod sunt apti ad molendum cibum hoc est a casu. Et similiter sic posuerunt dicentes quod ita membra in animalibus sic fiunt, et quando in actionibus casu talia membra essent in proportione propter alias actiones illi erat salus et permanentia animalium specierum [illegible] per hoc casu contingat; que autem non sic se habent dicebant illa corrumpi, sicut dixit Empedocles qui posuit bovigenas et viriproras, quibus non erant partes dispositae quales essent propter utilitates eorum et [illegible] propter aliquos opinio naturam non agere propter aliquid sed ex necessitate materie.

Sed impossibile est ista habere modum hunc. Quecumque enim et quecumque sunt a natura aut semper sic fiunt aut sic frequenter, eorum vero que sunt a fortuna et per se vano nichil. Neque enim a fortuna neque a casu videtur pluere multotiens yeme, sed si sub cane; neque estum sub cane, sed si yeme. Si igitur aut a casu videntur aut propter hoc esse, si non possibile et hec neque a casu neque per se vano, propter aliquid utique erunt. At vero natura sunt huiusmodi omnia, ut et ipsi affirmabant hoc dicentes. Est itaque et propter aliquid in hiis que natura fiunt et sunt.

Confirmata dicta opinione, hic improbat eam et ponit sic: quaecumque [illegible] rationes prima est: omnia que sunt a natura fiunt sicut semper aut frequenter, sed que sunt a casu et fortuna non sunt ut semper nec frequenter; ergo que sunt a natura non sunt a casu vel fortuna, sed vel erunt a casu vel a fortuna vel aliquid sed sunt propter aliquid. Ergo membra de quibus locutum est sunt a natura, ut ipsi dicunt, ergo erunt propter aliquid et non a casu. Commentator et tacent [illegible] questiones de pluvia, quia non confirmat quod descensus pluvie est in yeme propter aliquid, et quod ascensus causatur in inferiori parte et calor eius [illegible] sequitur, ergo et pluvia sit propter aliquid. Et ex hoc [illegible] quod messes non a pluvia causantur, hoc sit in inferiori parte corrumpitur aut [illegible] in [illegible] est in inferiori parte, et hoc quod pluvia est non dicitur de necessitate materie non facit ut non sit propter aliquid, et si corrumpit quod non sit propter aliquid messes deaurabit, quod est sit propter aliud, et philosophus [illegible] et quod pluvia non est propter messes quia messes sunt ab arte et non a natura, sed natura complet multa que sunt per artem et ars multa que sunt per naturam.

Amplius in quibuscumque finis aliquis est, huius causa agitur quod prius et quod consequenter. Ergo sicut agitur sic aptum natum est, et sicut aptum natum est sic agitur unumquodque, si non aliquid impediat. Agitur autem propter hoc, et quod

[Left margin:] bovigenas et viriproras quibus non erant partes disposite quales essent propter utilitates eorum et huiusmodi ita corrumpuntur et accidit in naturalibus. Empedocles accidit quod etiam hoc quod non erant ita causa sunt apta ad actiones hominis neque ad actiones iuvandum et ita ideo morebantur

aptu natu est ita qz huiusmodi causa ut si eet
domus eorum que na fiunt sic utique fieret sicut
nunc ab arte. Si aut que na non solum natura sed
arte fient sic utique fient sicut apta nata sunt
propter quod alterum alterius. Omnino aut ars aliqua quidem per
ficit que na non potest operari alia vero imitatur. Si ergo
que sunt secundum artem propter hoc sunt manifestum quod et que
sunt secundum naturam. Similiter enim se habent ad invicem in hiis que
sunt secundum artem et in hiis que sunt secundum naturam posteriora ad
priora

2a racio ad idem est que fiunt et ab arte fiunt vel nata sunt
eo et ut na faceret ea uel si fierent a na. Sed omnis ars
agit propter aliquid ergo et na. Et probat plus maiorem huius sic quecumque
fiunt propter aliquid fiunt ut apta nata sunt esse et mi ut si essent
a natura sed que fiunt ab arte fiunt propter aliquid ergo ad verifi
cationem huius conclusionis adducit quoddam exemplum cum dicit et domus
etc. Et addit quod ars complet quedam que a na compleri non possunt et in aliquibus
ars imitatur naturam

Maxime aut manifestum est in animalibus aliorum que neque
arte neque quesitiua neque deliberatiua faciunt. Unde
dubitant quidam utrum intellectu aut quodam alio opera
tur aranee et formice et huiusmodi. Paulatim aut sic pro
cedenti et in plantis apparent expedientia que
fiunt propter finem ut folia propter fructus cooperimentum
quare si na faciunt et propter hoc hyrundo nidum et
aranea telam et plante folia gratia fructuum et
radices non sursum sed deorsum gratia vegetandi mani
festum quod causa huiusmodi est in hiis que na fiunt et sunt

Tertia racio ad idem et est inductiua talis quedam animalia non operantur
per artem acquisitam neque per intellectum deliberantem sed per ipsam naturam
agunt propter aliquid ut aranea etc de quibus tamen dubitant aliqui
utrum agat per naturam aut intellectum similiter et de plantis quod agunt propter
aliquid patet ergo na etiam in aliquibus agit propter aliquid

Et quoniam na duplex alia quidem sicut materia alia vero sicut
forma finis aut hec est propter finem aut alia sunt
hec utique erit causa gratia cuius

Quarta deinde est quod na agit propter aliquid et propter finem hoc ad
inducit quod est finis propter quem na agit omnis quod est na que est forma
ut patet esse causa talis na agit propter formam forma aut et
finis sunt sunt idem ergo na agit propter aliquem finem

Peccatum aut fit et in hiis que sunt secundum artem. Scripsit
enim non recte grammaticus et potauit medicus non recte po
tionem. Quare manifestum est quod contingit in hiis que secundum
naturam sunt. Si igitur sunt quedam secundum artem in quibus
quod recte fit propter aliud fit in quibus et peccatur

aliquam gratiam agant sed fallit. Similiter utique et
in phisicis et monstra sunt peccata illius quod propter aliquid
est. Et in finibus quod quae sunt ex principio boumgena si non
ad aliquem terminum et finem poterant erat venire cor-
rupto principio aliquo fiebant sicut nunc in semine.

Amplius necesse est semen fieri primum sed non statim animalia
et molle omnipotens primum quod semen erat. Amplius et in plantis
inest quod propter hoc, minus autem dearticulatum est.

Utrum autem in arboribus fiant sicut boumgene et viri-
pere sic vitigene et olivipere aut non? inconveniens enim. Aut
non est. Sed tamen oportuit siquidem in animalibus est.

Adhuc oportebit et in seminibus fieri ut contingit.

Omnino autem destruit sic dicens quae natura et
quae secundum naturam. natura enim sunt quaecumque
a quodam in seipsis principio continue mota accedunt ad
aliquem finem. Ab unoquoque autem non idem unicuique
neque contingens, semper tamen in idem nisi aliquid impe-
diat.

Quod autem est et causa et quod propter hoc fiet
utique a fortuna, sicut dicimus a fortuna venit
hospes et balneatus abscessit cum totum propter hoc
veniens egit, non propter hoc autem venit, et hoc secundum
accidens. Fortuna autem est causarum quae sunt secundum

actus quamvis et plus dixerimus. Sed tamen hoc semper
aut sicut frequenter fiat, non secundum accidens neque a for-
tuna est. In phisicis autem semper sic est nisi aliquid impe-
diat.

Inconveniens autem est non opinari propter
aliquid fieri nisi videat movens deliberans. Et tamen
quidem non deliberat.

Et namque si esset in ligno navifactiva, similiter utique
natura faceret. Quare si in arte inest propter aliquid, et in natura.

Manifestum autem maxime cum aliquis medicatus
fuerit ipse seipsum: huic enim quidem assimilatur
natura. Quod quidem igitur causa natura et sic sicut propter ali-
quid manifestum est.

Hoc autem ex necessitate est utrum ex suppositione
existit aut et simpliciter. Nunc quidem enim opi-
nantur quod est ex necessitate in generatione esse quemadmodum
utique si aliquis murum ex necessitate existimet generari,
quoniam gravia quidem deorsum ferri apta nata sunt, levia autem
superemineret. Unde lapides quidem deorsum
in fundamentum, terra autem sursum propter levitatem;
supereminent autem maxime ligna, levissima enim.

Sed tamen quidem non sine hiis factum est, non tamen propter hoc nisi sicut propter materiam, sed causa abscon-
dendi ipsa et salvandi. Similiter autem et in omnibus aliis
erit in quibus propter aliquid est: non sine quidem hiis necessariam
naturam habentibus sunt, non tamen propter hoc sed aut sicut materiam

si oportet aliquid ut oportet quod serra huiusmodi opus
hoc sit et oportet hoc si hoc quidem est tunc causa impossibile
est fieri nisi ferrea sit; necesse est ferream esse si serra erit
et opus ipsius

Ex suppositione igitur quod necessarium, sed non ut finis
in materia autem necessarium est, ratio autem causa in ra-
tione est finis.

Est autem necessarium et in doctrinis et in hiis que secundum
naturam fiunt quodammodo simile. Cum enim rectum hoc est,
necesse est triangulum duobus rectis equales habere; sed non
si hoc est, et illud; sed si hoc non est, neque rectum est.
In hiis autem que fiunt propter hoc econverso. Si finis enim erit
aut est, quod ante aut erit aut est. Si vero non sit,
sicut ibi cum non sit conclusio principium non erit, et hic finis
et cuius causa sit.

Principium enim et hoc non actionis sed rationis
in doctrinis ratiocinationis; actus enim non sunt.

Quare si erit domus, hoc necesse est fieri aut ex-
istere aut esse aut omnino materiam que propter hoc, ut la-
teres et lapides, si domus; non tamen propter hoc est
finis sed aut sicut materia, neque erit propter hoc. Omnino
tamen si non sint, non erit domus, neque serra nisi
quidem nisi sint lapides, hec vero nisi ferrum sit.
Neque enim ibi principia sunt nisi sit triangulus duobus
rectis.

Manifestum quoniam necessarium in phisicis
quod sicut materia dicitur et motus qui ipsius.

Et utraque a phisico dicende sunt cause, magis autem

que aug causa Causa enim hic materia est sed non hic finis
addit quod phisici est considerare utrasque necessitates sed finis et materie sed magis necessitatis finis quam hic est causa necessitatis materie sed non e contrario

Et propterea a diffinitione et ratione est sicut in hiis que sunt arte quoniam si domus talis est hoc fieri et esse ex necessitate et quoniam sanitas hoc est hoc fieri ex necessitate et esse sic et si homo hoc est hoc. Si autem hoc et hec fortassis autem et in ratione est necessarium est enim ti enim operis secandi quoniam diffinitio huius hec non autem erit nisi habeat dentes huius hic autem nisi ferrei. Est et in diffinitione quedam partes ut materia

hic addit quod non solum a fine causatur necessitas sed etiam ex diffinitione Si enim finis causat necessitatem materie et forma et finis sunt idem et diffinitio continet formam quare et ipsa diffinitio causat necessitatem materie et exemplificat de hoc tam in naturalibus quam in artificialibus fortassis addit quod in quibusdam diffinitionibus est ipsa materia diffiniti tamquam pars diffinitionis ut exemplificat de serra et patet et est finis 2i libri [illegible] Tertius

Quoniam autem natura est principium motus et mutationis Scientia autem nobis de natura est oportet non ignorare quid sit motus Necesse enim est ignorato ipso et ignorari naturam Diffinitis autem de motu temptandum est aggredi eodem modo et de hiis que consequenter sunt. Videtur autem motus esse continuorum sed infinitum apparet primo in continuo. Unde et diffinientibus continuum contingit plurimum indigere ratione infiniti tamquam infinitum divisibile sit. Adhuc autem sine loco et vacuo et tempore impossibile est esse motum.

In primo libro et 2o egit auctor de principiis rerum [illegible] motus ipsis [illegible] Sed in primo libro de materia et forma principiis et in 2o vero de causis omnibus hic intendit de hiis que consequuntur [illegible] motus constitutum in esse ex suis principiis ut de motu et primo de motu absoluto 2o de motu comparato ad mo[bi]le ut in 4to et 8vo et de motu absoluto et primo de motu in se et de hiis que consequuntur motum sicut quod res mota et id quod est continui scilicet continuum et infinitum ut hic 3o libro 2o de hiis que [illegible] et con[ti]nent motum tamquam modo est tempus locus vacuum secundum quosdam ut in 4to libro Primus quod in isto libro dat intentum et causam intenti et hic po[nit] quo ad 3m libri intendens quod determinandum est de motu et infinito et subiungit causam et est quod natura est principium motus et quietis ut habetur in 2o huius et in hac scientia oportet cognoscere hic motum et quod motus est de numero [illegible] et in diffinitione continui [illegible] accipitur infinitum [illegible] continuum est divisibile in infinitum [illegible] de motu et de infinito considerare Adhuc dat intentum quantum ad cetera libri intendens quod locus et tempus consequuntur motum in [illegible] et etiam vacuum ut dicunt quidam [illegible] et ideo naturalis est consideratio de ipsis

Manifestum igitur est quod et propter hoc et propter illud quod omnium

sunt quia et universaliter hec omnibus intendunt pargumenta
tibus de unoquoque ipsorum. posterior autem de hiis spe
culatio ea que de tribus est. ...

3 Primum autem sicut diximus de motu, est igitur aliquid quidem hoc aliquid,
aliud vero quantum, aliud vero quale, vel aliorum entis
predicatorum similiter ...

Secundum eius quod ad aliquid aliud quidem secundum superha
bundantiam et defficientiam, aliud autem secundum activum et
passivum, et omnino motivum et mobile. motivum enim
motivum mobilis est, et mobile a motivo est mobile.

Non autem est motus preter res. mutatur enim id semper
quod mutatur aut secundum substantiam aut quantitatem aut secundum qualitatem
aut secundum locum. commune autem in hiis nullum est accipe
sicut diximus, quod neque hoc neque quantum neque quale
sit neque aliorum predicatorum nullum. quare neque mo
tus neque mutatio nullius erit extra ea que dicta
sunt, cum nihil sit extra predicta.

Unumquodque autem dupliciter inest omnibus, ut hoc ali
quid, aliud quidem enim forma ipsius, aliud vero privatio,
et secundum qualitatem: hoc quidem enim album istud ve
ro nigrum. et secundum quantitatem aliud quidem perfectum, aliud imperfectum.
Sic autem et secundum loci mutationem hoc quidem sursum, aliud
vero deorsum, aut aliud quidem grave, aliud vero leve.

Quare motus et mutationis quot sunt species tot et entis.

Hic concludit quod tot sunt species motus quot sunt species entis adaptati per motum, species autem competentes per motum sunt octo, ut vult commentator, quia in unoquoque genere earum sunt due species specialissime ut patet ex dictis. Divisio autem

6 Divisio autem secundum unumquodque genus hoc quidem endelechia, aliud autem potentia. Potentia existentis endelechia secundum quod huiusmodi est motus est, ut alterabilis secundum quod alterabile alteratio est, augmentabilis autem et oppositi, nullum enim nomen commune in utrisque, augmentatio et decrementum.

Postquam prius [illegible] ad investigationem diffinitionis motus, hic ex predictis concludit diffinitionem motus, sicut in unoquoque istorum generum dividitur in quoddam quod est actu et quoddam quod est potentia, et motus non sit in [illegible] eius quod est in actu, sed neque endelechia est tunc eius quod est in potentia, ergo motus est actus existentis in potentia secundum quod huiusmodi, et ideo tot manifestat istam diffinitionem per exempla sive per inductionem in unoquoque eorum generum. Nullum enim [illegible] in quantum dat rationem quare non [illegible] motum in [illegible] duobus nominibus [illegible]

Generabilis autem et corruptibilis generatio et corruptio, secundum locum mutabilis loci mutatio. Redit ad aliam partem inductionis. Quod hoc autem

Quod hoc autem sit motus ab hinc manifestum est. Cum enim edificabile secundum quod huiusmodi ipsum dicimus esse actu, edificatur, et est hoc edificatio. Similiter autem et doctrinatio, medicatio et volutatio et saltatio et adolescentia et senectus.

Hic verificat ipsam diffinitionem et primo declarat ipsius partes, secundo [illegible] per rationes, 2o verificat ex primo diffinitionem alterius ipsam diffinitionem. Quod autem bene diffinitur in prima parte primo ostendit quod motus est actus, sicut edificabile potest loqui vel in actu vel in potentia [illegible] dicitur edificari et movetur in actu, sed aliud per quod movetur et edificatur in actu est edificatio et per edificationem edificatur et movetur in actu, ergo motus est actus, et similiter de aliis ut pertractat commentator. Ista ratio [illegible] quod motus sit actus existentis in potentia vel forma [illegible] edificabile non est [illegible] edificabile [illegible] tale donec incipiat edificatio, neque cum est completa, sed cum actu edificatur, et sic hic edificabile est actus edificabilis [illegible] edificabile, ergo edificatio sit motus, motus est actus, et commentator pertractat hanc rationem, et quia edificatio non est actus [illegible] edificabilis [illegible] edificabile et huiusmodi [illegible] tale est in potentia [illegible] et motus est actus in potentia, et similiter de aliis.

8 Cum autem quedam sint eadem et potentia et actu, sed non simul aut non secundum idem, sed ut calidum quidem potentia, frigidum autem endelechia, multa iam agunt et patiuntur ad invicem; omne enim erit simul activum et passivum. Quare movens phisice mobile erit; omne enim huiusmodi movet cum movetur et ipsum. Videtur igitur quibusdam quibusque omne movens moveri. Sed de hiis quidem et aliis erit manifestum quomodo se habet; est enim quoddam movens et immobile.

Hic declarat quod motus est entis in potentia secundum quod huiusmodi, et primo dicit quod quedam sunt existentia actu et potentia, sed non secundum idem, ut frigidum est actu frigidum et potentia calidum, et ex hoc concludit quod multa sunt activa et passiva ad invicem, cum multa sunt que sunt actu unum et [illegible] potentia, omne enim huiusmodi est simul activum et passivum, et ex hoc concludit ulterius quod omne movens phisice [illegible] est simul movens et mobile, et quod sit [illegible] movens phisice, quibusdam [illegible] videtur de omni movente sit [illegible] quod sit movens et mobile, et de hoc [illegible] in octavo libri dicitur quod aliquid est movens [illegible] immobile [illegible]

[illegible]

Sed potentia entis cum endelechia ens agat aut
ipsum aut aliud, inquantum mobile motus est. Dico hoc
autem inquantum sic. Est enim es potentia statua,
sed tamen non eris endelechia inquantum es motus est.

[illegible]

Non enim idem est eri esse et potentia alicui mobili, quoniam si
idem esset simpliciter et secundum rationem, erit utique eris inquantum
est es endelechia motus. Non est autem idem quemadmodum
dictum est.

[illegible]

Manifestum autem est et in contrariis; posse enim sanari et
posse laborare alterum est, et namque laborare quidem et
sanari idem erit. Subiectum autem et sanabile et infirmum,
sive humiditas sive sanguis, unum et idem est.

[illegible]

Cum autem non est idem quemadmodum neque color idem neque
et visibile, possibilis inquantum possibile endelechia mani-
festum quod sit motus.

[illegible]

Quod quidem igitur est hoc, et quod accidit tunc mo-
veri cum est huiusmodi endelechia, et neque prius
neque posterius, ostensum est.

[illegible]

Contingit enim unumquodque operari aliquando aut non,
ut edificabile; et edificabilis actus inquantum edifi-
cabile edificatio est; aut enim huius est edificatio actus
aut domus; sed cum domus sit, non amplius edificabile est;
edificatur autem edificabile; necesse est ergo edificationem
esse actum. Edificatio autem motus quidam est. At non
eadem quemadmodum ratio in aliis motibus.

[illegible]

Quod aut bn dictu sit / manifestu e ex quibz
alii de ipo dicut / et ex eo q no facile e diffi
nire alit ipm / Neqz eni motu i alio gne pone
re utiqz aliquis / Manifestu aut intedentibus quo
mo ponut quida ee ipm alteritate / et inequali
tate / et q no e ens motu

hic ostendit diffinitionem motus ee bn datam ex sermonibus aliorum / primo dicit q ex diffinitionibus quas posuerunt antiqui / et eciam ex eo q impossibile e ponere motum in aliis generibus qm ipse posuit ... q diffinitio motus e bn data ...

Quorum nullu e necessarium moveri neqz si alia
sint neqz si inequalia neqz si no sint

hic destruit eas ... per duas raciones / Si motus e inequalitas / aut alteritas / aut non ens / tunc necesse e omne aliud aut inequale aut omne non ens moveri / s3 hoc e falsum / et hunc solum destruit consequens

S3 neqz mutatio in hec neqz ex hiis magis 3
q ex oppositis

Secunda racio ad idem talibus ... magis videtur ee in alteritate quam in eorum oppositis ...

Causa aut in hoc ponere q indeterminatu
quodda videtur ee motus / alterius aut coordinaco
nis / ex eo q sunt privativa / indeterminata sunt neqz
eni hoc / neqz tale / neqz huiusmodi / neqz unu
predicamentu / neqz aliorum predicamentorum

hic dat causam quare dederunt tales diffinitiones dicens / primo / q q sic diffinierunt videbatur q motus sit quodda indeterminatum ... et ut dicit com(mentator) pitagorici posuerunt duas coordinationes / quarum una est ea que sunt in capitulo bonorum / et alia continet ea que sunt in malo privationum ... et motum sciendum q e privativum / et racionem ... in coordinacioni privacionis posuerunt omnia ... / et sic huiusmodi dixerunt eum ee motum

Videri aute indeterminatu ee motu / causa est
q neqz in potencia eorum que sunt ... / neqz i actu
est ponere ipm / neqz eni possibile ee quantum mo
veri ex necessitate / neqz quod actu quantum est

hic dat causam quare sic posuerunt / et e q videntur q nec est solum in potencia ... / nec aliquid quod 3 in potencia actu / nec putabant ... et ideo putabant motum esse indeterminatum Et motus quidam actus

Et motus quidem actus quidam videtur ee / imperfectus autem
Causa aut / q imperfectum quod possibile cuius e / actus / propter hoc i
difficile 3 ipm accipere quid sit

hic removet illorum errore ... nec est potencia solum / nec actus purus / s3 actus imperfectus per duas raciones / prima motus e actus mobilis secundum q mobile / et secundum q imperfectum / s3 ... q mobile e imperfectum / ergo motus e actus imperfectus / et addit q propter hoc difficile 3 accipere quid sit motus ...

Aut enim in privatione nature est potentia, aut in potentia,

aut in actu simpliciter, horum autem nullum utique

amens relinquitur. Reliquum ergo aut quod predicitur motus actum quidem quendam [illegible]

Movetur autem et movens physice omne sicut dictum est,

est, quod est potentia mobile et cuius immobilitas quies

est. Cui enim motus inest, huius immobilitas quies est.

[illegible]

Aut agere enim ingenitum huiusmodi ipsum movere

est. Hoc autem facit tactu, quare simul et patitur. Unde

motus actus mobilis ut mobile. Accidit

hoc autem tactu motivi, quare simul et patitur.

[illegible]

Speciem autem semper existimabit aliquam movens,

aut enim hoc aut quale aut quantum, que erit

principium et causa motus cum moveat, ut actu homo

facit ex potentia existente homine hominem.

[illegible]

Et dubium autem manifestum est quod est motus in mobili,

actus enim huiusmodi et ab hoc [illegible]

[illegible]

Motus autem actus non alius est. Oportet quidem enim

actum utriusque. Mobile quidem enim est in ipso posse,

movere, movens autem in ipso operari vel agere.

Sed est activum mobilis. Eodem autem similiter unus utrorumque

actus, sicut idem spatium est unum ad duo et duo ad

unum, et ascendens et descendens. Hec quidem enim

sunt unum, ratio autem non una. Similiter autem est et in movente

[illegible]

Habet autem dubitationem rationabilem. Necesse est enim fortassis esse quendam actum activi et passivi sunt. Quod enim actio, illius autem est passio. Opus enim et finis huiusmodi quidem actio, illius autem passio.

Hic ostendit 2am dubitationem esse rationabilem, et primo dicit quod [illegible] sit operationes moventis et moti et diversi sunt ex hoc [illegible]

Cum igitur utraque sint motus, si quidem altera, in aliquo sunt. Aut enim utraque in patiente et moto sunt, aut in agente utraque, aut actio quidem in agente, passio quidem in patiente est. Si autem oportet hanc actionem vocare, equivoce utique sit.

Sub distinctione et plus ponit ipsam 2o [illegible] aut neque [illegible] primo probat primo proseque quo ad hanc partem si sunt diversi 2o quo ad hanc partem si actus eorum sint idem et si unus et plus prosequitur quidem dubitationem de membris et si actus moventis et moti sunt diversi tamen utique sunt motus aut utique est in agente aut utique in patiente aut motus qui est actio est in agente et motus qui est passio est in patiente. 3m membrum non ponit sed quod actio sit in patiente et passio quod hoc non contingit nisi equivocando actionem et passionem et causa

Sed si hoc est, in movente motus erit; eadem enim ratio est in movente et in moto. Quare [illegible] aut omne movens movebitur, aut habens motum non movebitur. Si autem utraque in moto sunt, et in patiente et actio et passio, et doctio et doctrina, cum duo sint in addiscente, primum quidem quod actus uniuscuiusque non in unoquoque erit. Postea inconveniens est per duos motus simul moveri. Erunt namque alterationes due unius et in unam speciem, sed impossibile.

Hic destruit membra dicte divisionis et primo si dicatur quod motus sit actus in agente et passio in patiente [illegible] si sic esset, necesse esset quod actio sit motus, aut omne movens movetur aut aliquid habens motum non movetur quorum utrumque est falsum et per eandem rationem sic destruitur 2m membrum si utrumque esse in movente et hoc ipsum non destruit. Si autem in utroque. Si dicatur quod utrumque actus est in patiente destruit hoc et ducit ad duo inconvenientia. Primum est si sic esset tunc actus unius erit in quo alio [illegible] et actus et actio agentis in patiente. 2m est quod si sic esset tunc actio et passio essent diversa secundum speciem tunc patiens per duos motus diversos secundum speciem moveretur in eadem specie

Sed si unus erit actus, sed inrationabile est et duorum et alterorum specie eundem et unum esse actum, et erit si quidem doctio et doctrina idem et passio et actio, et agere cum pati, et docere cum addiscere idem, quare necesse est omnem docentem discere, et agentem pati.

Hic prosequitur aliam partem divisionis sed si dicatur quod sit idem actus diversorum specie quod est impossibile 2m est quod omne agens est patiens et universaliter agere pati et universaliter sequitur docentem addiscere quidem [illegible]

20 Aut neque alterum actum in altero esse inconveniens, est enim doctio actus docentis, quodam tamen et non decisus, sed huius in hoc. Neque enim unum duobus prohibet

nichil enim esse actum non sicut esse idem sed sic est quod potentia est ad aliquid agens

[illegible]

Neque necesse est docentem addiscere, neque si pati et agere idem est, non tamen tanquam ratio sit una, quod quid erat esse dicere, sicut tunice et indumenti, sed sicut via una a Thebis ad Athenas et ab Athenis ad Thebas, sicut dictum est prius; non enim omnia eadem insunt quibuscumque modo eisdem, sed solum quibus esse idem est. At vero neque si doctio et doctrina idem, et discere et docere, sicut neque si spatium unum distantium sit, et distare hinc illuc et inde huc unum et idem est. Omnino autem dicere est neque doctio cum doctrina neque actio cum passione idem proprie est, sed motus cui hec insunt; hoc enim huius in hoc et huius ab hoc actum esse ratione alterum est.

[illegible]

Quid igitur motus sit, et universaliter et secundum partem dictum est; non enim immanifestum est quomodo determinabitur specierum unaqueque ipsius: alteratio quidem enim alterabilis secundum quod alterabile endelechia est. Amplius autem notius quod potentia activi et passivi in quantum huiusmodi simpliciter, et iterum secundum unumquodque, ut edificatio aut medicatio. Eodem autem dicetur modo et de aliis motibus singulis.

[illegible]

Quoniam autem de natura scientia est circa magnitudines et tempus et motum, quorum unumquodque necesse est aut infinitum aut finitum esse, et si non omne sit infinitum aut finitum, ut passio aut punctum; talium enim quoddam fortasse nullum necesse est in altero horum esse; utique erit de natura negotiantem

considerare si est aut no est si est quid est

determinato de motu hic incipit determinare de quibusdam ut in primo et 3° libro et de infinito, et primo dicit quod phisici est considerare de infinito, et in hoc simul dat intentionem et dat modum agendi. 2° ibi esse autem aliud. Exequitur de infinito, et in prima parte dat transitum supraponens a rei natura quare naturalis est considerare de eis quibus finitum et infinitum sunt attributa, ut de quantitate tempore et motu, et ut ponit. ... que sunt de consideratione phisici, ut predicta et passio sunt quantitas, neque sunt finita neque infinita, quia passio non est ... nisi passiones et predicta ut per se, ut passiones, et per naturam ... quod non est phisici considerare de infinito vel finito ... de lineis ... et ... ad phisicum considerari de infinito

27 Signum autem quod huiusmodi sit ipsa consideratio de ipso est, omnes enim qui videntur ratiocinabiliter tetigisse phiam faciunt sermonem de infinito, et omnes tamquam principium quoddam ponunt eorum que sunt. Hic autem per locum a rei iudicio probat naturalis est considerare de infinito per hoc quod omnes qui loquuntur speculati sunt infinito omnes enim dixerunt infinitum esse principium eorum que sunt aut cognitionis principium.

Alii quidem quemadmodum pitagorici et plato per se, non sicut accidens alicui alteri, sed sicut substantiam ipsum esse infinitum.

Hic dat duas opiniones pitagoricorum et platonicorum, prima est pitagoricorum dixerunt infinitum esse in rebus sensibilibus et hic principium posuerunt materiale ... et non esse separatum a sensibilibus, et dixerunt esse extra infinitas, posuerunt esse ... infinitum esse extra celum, plato vero non posuit infinitum esse extra celum quia non posuit ... esse aliquod corpus, ut esse posuit ... ydeas quas posuit, quia formam ipsum non sunt in loco dixerunt tamen principium esse ...

Preterquam pitagorici quidem in sensibilibus neque enim abstractum faciunt numerum et erit extra celum infinitum. Plato autem extra nullum esse corpus neque ydeas, eo quod neque sunt, ipse tamen infinitum et in sensibilibus et in illis esse.

Hic dat duas differentias ... ponunt ... infinitum

126 Et hii quidem infinitum esse parem, hic quidem enim comprehensus et sub impari relictus adhibet hiis que sunt infinitatem. Hic dat differentias inter eos et est quod pitagorici posuerunt unum quod, ut impar ... esse causam infinitatis, plato vero posuit duo esse causam infinitatis sed magnum et parvum, dixit enim magnum esse causam additionis in infinitum et parvum esse causam divisionis in infinitum. In hac differentia sic procedit, primo ponit primam partem differentie secundum opinionem pitagoricorum, 2° ponit duas rationes confirmantes eorum opiniones ibi signum autem, prima est quia numerus par est divisibilis in duo media et ita adveniet in alia duo media et in infinitum numerus impar ~~primus additus unitati salvat eandem formam ... quia fit numerus~~ autem quia non est divisibilis sic non est causa indivisibilitatis in rebus et infinitatis

Signum autem huiusmodi est quod contingit in numeris, circumpositis enim gnomonibus circa unum et extra aliquando quidem aliam fieri speciem, aliquando autem unam. Plato autem duo infinita magnum et parvum. Quia numerus impar primus additus unitati salvat eandem formam numeri quia fit numerus quadratus sed quaternarius. Similiter si 2us numerus impar addatur adhuc illi quadrato ut ternarius ad quaternarium adveniet salvatur eadem forma numeri, quia numerus est sed novenarius, et semper adde numerum imparem unitati in se vel unitati in eo salvatur eadem forma numeri. Si vero additur numerus par unitati mutatur forma numeri, ut si binarius addatur unitati provenit triangulus. Si vero ... apponatur 2us numerus par provenit exagonus, quod est alia species numeri. Et novenarius numerus quadratus est qui fit ex ductu alicuius numeri in se semel, ut bis duo sunt 4or, ter tria sunt novem. Ex quo patet quod numerus par est causa infinitatis in entibus et numerus impar infinitus

de natura aut omnes semper subiciunt alterum quod
nunc in finito dicitur elementorum ut aquam aut aerem
aut medium horum. infinita aut faciunt elementa quaecumque
infinita faciunt

hic ponit opiniones illorum qui loquuntur de infinito [illegible]

Quicumque aut infinita faciunt quemadmodum Anaxagoras et
Democritus, hic quidem ex similibus partibus, ille aut
ex omni semine figurarum contactu continuum infinitum
esse dicit

hic tangit opinionem Anaxagorae et Democriti [illegible]

28 Et hic quidem quamlibet partem esse similiter mixtam toti ex
eo quod videt quodlibet ex quolibet fieri. hinc enim
videtur et similiter aliquando omnes res affirmare esse ut hic caro
et hoc os et sic quodlibet et omnia itaque et simul. principium enim
non solum in unaquaque disgregatione sed et omnium est

[illegible]

Quoniam enim omne quod fit ex huiusmodi fit corpore
omnium est congregatio principium quidem non simul et quoddam principium esse
congregationis, hoc aut est unum quod ille vocat intellectum.
intellectus aut ex principio quodam operatur intelligens. quare
